A feruentissimus primò, dehinc temperatissimus renuntiatur. Adcò inquiunt, sic quoque fallimur sensibus, dum fententias vertimus.²²¹ Moderantius Stoici non omnem sensum, nec semper, de mendacio onerat. Epicurei constantius parem omnibus atque perpetuam defendant veritatem, sed alia via. Non enim sensum mentiri, sed opinionem. Sensum enim pati, non opinari; animam enim opinari. Abscederunt & opinionem à sensu, & sensum ab anima. Et vnde opinio, si non à sensu? Denique nisi visus rotundam senserit turrem, nulla opinio rotunditatis. Et vnde sensus, si non ab anima? Denique carens anima corpus carbit & sensu. Ita & sensus ex anima est, & opinio ex sensu, & anima totum. Ceterum optimè proponetur esse vtique aliquid, quod efficiat aliter quid à sensibus renuntiari, quam sit in rebus. Portò si potest id renuntiari quod non sit in rebus, cur non perinde posse per id renuntiari quod non sit in sensibus, sed in his rationibus quæ interueniant suo nomine? Atque adeo licebit eas recognosci.²²² Nam vt in aqua remus inflexus vel infractus apparet, aqua in causa est. Denique extra aquam integer visus remus. Teneritas autem substantiae illius, qua speculum ex lumine efficit, prout icta seu mota est, ita & imaginem vibrans evexit lineam recti. Item vt turris habitus eludat, interualli conditio compellit in aperto; æqualitas enim circumfusi aëris pari luce vestiens angulos, obliterat lineas. Sic & vniuersitas porticus acutus in fine, dum acies in conluso stipata illic tenuatur quo & extenditur. Sic & cœlum mari vnitus, vbi visio absumitur, quæ quamdiu viget, tamdiu diuidit.

B²²³ Auditum verò quid aliud decipiet, quam sonorum similitudo?²²⁴ Et, si postea minus spiravnguentū, & minus sapit vīnū, & minus lacus feruet, in omnibus fermè prima vis tota est.²²⁵ Ceterum de scabro ac lœvi merito manus ac pedes tenera scilicet & callosa membra dissimilat. Igitur hoc modo nulla sensu frustatio causa carebit. Quod si causæ fallut²²⁶ sensus, & per sensus opiniones: iā nec in sensibus constituenda fallacia est qui causæ sequuntur, nec in opinionibus quæ à sensibus diriguntur sequentibus causas. Qui insaniunt, alios in alijs vidēt,²²⁶ vt Orestes matrem in forore, &²²⁷ Ajax Vlyssen in armento,²²⁸ vt Athamas & Agave in filiis bestias. Oculisne hoc mendaciū exprobribas, an furii? Qui redundantia fellis auruginant, amara sunt omnia. Num ergo gustui pœuaricationem exprobribas, an valetudinem? Omnes itaque sensus euertuntur, vel circuueniuntur ad tempus, vt proprietate fallacie careant. Immò iam ne ipsis quidem causis adscribendum est fallacia elo- gium. Si enim ratione hæc accidunt, ratio fallacia perhiberi non meretur. quod sic fieri potest, mendacium non est. Itaque si & ipsæ causæ infamia liberantur, quanto magis sensus, quibus iam & causæ liberè praecunt: cum hinc potissimum & veritas & fides & integritas sensibus vindicanda sit, quod non aliter renuntient, quam quod illa ratio mandauit, quæ efficiat aliter quid à sensibus renuntiari, quam sit in rebus. Quid agis Academi- ce pro caccissime? totum vitæ statum euertis, omnem naturæ ordinem turbas, ipsius Dei

C prouidentiam excæcas, qui cunctis operibus suis intelligendis, incolendis, dispensandis, fruendisque fallaces, & mendaces dominos prefecerit sensus. An non istis vniuerſa conditio subministratur? An non per istos secunda quoque mundo instructio accessit, tot artes, tot ingenia, tot studia, negotia, officia, commercia, consilia, solatia, viatus, cultus, ornatusque: omnia totum vitæ saporem condierunt, dum per hos sensus solus omnium homo rationale dinoscitur intelligentia & scientia capax, & ipsius Academia.²²⁹ Sed enim Plato ne quod testimonium sensibus signet, propterea & in Phædro ex Socratis persona negat se cognoscere posse seme ipsum, vt monet Delphion inscriptio.²³⁰ Et in Theæteto adimit sibi scire, atque sentire.²³¹ Et in Phædro post mortem differt fententiam veritatis, postumam scilicet: & tamen nondum mortuus philosophabatur. Non licet nobis in dubium sensus istos reuocare, ne & in Christo de fide eorum delibera- tur: ne forte dicatur, quod falsò Satanam prospectarit de cœlo præcipitatum: aut falsò

Luc. 10.

vocem patris audierit de ipso testificatam: aut deceptus sit cum Petri locrum tetigit: aut

Matth. 3.

alium postea vnguenti senserit spiritum, quod in sepulturam suam acceptauit: alium po-

Matth. 8.

stea vini saporem,²³² quod in sanguinis sui memoriam consecrauit. Sic enim & Marcion

Matth. 26.

phantasma cum maluit credere, totius corporis in illo deditagnatus veritatem. Atquin

ne in Apostolis quidem eius ludificata natura est. Fidelis fuit & visus & auditus in

Matth. 17.

monte: fidelis & gustus vini illius, licet aquæ ante, in nuptijs Galileæ: fidelis & ta-

Ioan. 2.

ctus, exinde creduli Thomæ. Recita Ioannis testationem:²³³ Quod vidimus, inquit,

Ioan. 20.

quod audiuimus, oculis nostris vidimus, & manus nostræ contrectauerunt, de sermo-

Ioan. 1.

ne vita. Falsa vtique testatio, si oculorum & aurium & manuum sensus natura mentitur.

CC ij

*LLIANO
ati onibus*

[²³⁴ Conuertor ad intellectualium partem, quemadmodum illam Plato à corporalibus preparatam hæreticis commendauerit, agnitionem ante mortem consecutus.²³⁵ At enim in Phædone: Quid tum erga ipsam prudentiae possessionem? Vt trimum impedimentum erit corpus, an non, si quis illud solum adsumperit in quæstionem? Tale quid dico, habet ne veritatem aliquam visio & auditio hominibus, an non? An non etiam Poëta habet nobis semper obmuffant, quod neque audiamus certum, neque videamus?²³⁶ Meminerat scilicet & Epicharmi Comici: Animus cernit, animus audit, reliquasura & causa sunt.²³⁷ Itaque rursus: illum ergo ait supersapere, qui mente maxime sapiat, neque visionem proponens, neque ullum eiusmodi sensum attrahens animo, sed ipsa mens sincera vtens in recognitando ad capiendum sincerum quodque rerum, si egregius possimū ab oculis & auribus, & quo dicendum sit à toto corpore vt turbante, & non permittente anima possidere veritatem, atque prudentiam quando communicat. Videamus igitur aduersus sensus corporales aliam portendit parataram, vt multe idoniorem, unde scilicet anima, intellectum operantes eius veritatis, cuius res non sunt coram, nec habeant corporalibus sensibus, sed absint longè à communi conscientia in arcana superioribus, & apud ipsum Deum.²³⁸ Vult enim Plato esse quafdam substanzias inobiles, incorpores, supermundiales, diuinæ, & æternas: quas appellat Idæas, id est exemplares, & carcas naturalium istorum manifestorum, & subiacentium corporibus sensibus, & illas quidem esse veritates, haec autem imagines carum.²³⁹ Relictoniam hæretica semina Gnosticorum & Valentinianorum? Hinc enim arripiunt differentia corporalium sensuum, & intellectualium virium,²⁴⁰ quam etiam parabolæ decem vias adtemperant: vt quinque stulta sensus corporales figurauerint, stultos videlicet, qui ceptui faciles: sapientes autem intellectualium virium notam exprefserint, sapientiam licet, quia contingentium veritatem, illam arcanam & supernam,²⁴¹ & apud plerorum constitutam hæreticarum Idæarum sacramenta: hoc enim sunt & *æthereæ*, & genealogia. Itaque & sensum dividunt: Et intellectualibus quidem à spiritali suo nomine sensu vero ab animali, quia spiritalia nullo modo capiat, & illius quidem esse inuisibilium, humilium, & temporalia quæ sensu conueniantur, in imaginibus constituta.²⁴² Haec ergo præstruximus neque animum aliud quid esse, quam animæ suggestum & finitum, neque spiritum extrancum quid, quam quod & ipsa per flatum. Ceterum accessimontibant, quod aut Deus postea, aut diabolus adspiraret. Et nunc ad differentiam sensuum & intellectualium non aliud admittimus, quam rerum diuersitates: corporalium & materialium, visibilium & inuisibilium, publicatarum & arcanarum, quòd illæ sensu, illæ lectui attribuuntur: apud animam tamen & ipsis & illis obsequio deputatis, quæ sensu per corpus corporalia sentiat, quemadmodum per animum incorporalia intelligit. At quid etia sentiat dum intelligit. Nō enim & sentire intelligere est, & intelligere sentire. At quid erit sensus, nisi eius rei quæ sentitur intellectus? quid erit intellectus, nisi quæ intelligitur sensus? Vnde ista tormenta cruciandæ simplicitatis, & suspendentiatris? Quis mihi exhibebit sensum non intelligentem quod sentit: aut intellectum intelligentem quod intelligit, vt probet alterum sine altero posse? Si corporalia quidem sentiuntur, incorporalia vero intelliguntur: rerū genera diuersa sunt, non domicilia sensus & intellectus, id est, non anima & animus. Denique à quo sentiuntur corporalia? Si ab anima, iam & sensu, est animus, non tantum intellectualis. Nam dum intelligit, sentit, non sentit, nec intelligit. Si vero ab anima corporalia sentiuntur, jam ergo & intellectus, non anima, non tantum sensu. Nam dum sentit, intelligit: quia si non intelligit, non sentit. Proinde à quo intelliguntur corporalia: si ab animo, vbi erit anima? si ab animo, erit animus? Quæ enim distant, abesse inuicem debent, cum suis munieribus operari. Probatis quidem abesse animum ab anima, si quando. Nam ita efficiunt, vt nesciamus nos disce quid, vel audisse: nec non audisse,²⁴³ quia alibi fuerit animus: adeo contendamus ipsam animam nec vidisse, nec audisse, quia alibi fuerit cum sua vi, id est animo. Nam quum dementit homo, dementit anima, non peregrinante, sed cōpiente tunc animo. Ceterum anima principaliter causus est. Hoc vnde firmatur: quod anima digressa, non animus in homine inueniatur. Ita illam vbiique sequitur, à qua nec in fine subcrevit. Quum vero sequitur & addicitur, perinde intellectus animæ addicitur, quam sequitur animus cui addicitur intellectus. sit nunc & potior sensu intellectus, & potior & gnitor sacramentorum, dummodo & ipse propria vis animæ quod & sensus. Nulla

LIBRARI
CUM ANNO
PAM
AN
56

A mea interest, nisi cùm idcirco præfertur sensui intellectus, vt ex hoc quoque separatio habeatur, quo potior adfirmatur. Tunc mihi post differentiam etiam prælatio retundenda est, peruentura quoque vñque ad potioris Dei persuasione. ²⁴⁵ Sed deo suo quaque campo experiemur cum hereticis. Nunc de anima titulus, & intellectu non infidiosè præferendo locus. Nam et si potio sunt quae intellectu attinguntur ut spiritualia, quam quæ sensu, ut corporalia, rerum erit prælatio, sublimiorum scilicet aduersus humiliores, non intellectus aduersus sensum. Quomodo enim præferatur sensui intellectus, à quo informatur ad cognitionem veritatum? Si enim veritas per imagines apprehenduntur, id est inuisibilia per visibilia noscuntur, quia & Apostolus nobis scribit:

²⁴⁶ Inuisibilia enim eius à conditione mundi de factitamentis intellecta visuntur: ²⁴⁷ & Rom. i.

Plato hæreticis, Facies occulorum ea quæ apparent, & necesse esse omnino hunc mundū imaginem quandam esse alterius alicuius, & quod sibi videtur intellectus duce ut sensu & auctore & principali fundamento, nec sine illo veritates posse contingi: quomodo ergo potior erit eo per quem est, quo eger, cui debet totum quod attigit? Ita utrumque concluditur: neque præferendum sensui intellectum; per quem enim quid constat, inferius ipso est:

CAP. XIX.

neque separandum à sensu; per quod enim quid est, cum ipso est. ²⁴⁸ Sed ne illi quidem prætereundi, qui vel modico temporis viduant animam intellectu. Proinde enim viam sternunt postea inducendi eius, sic ut in anima scilicet proueniat intellectus. Volunt infantiam sola anima contineri: qua tantummodo viuat, non ut pariter sapiat, quia nec omnia sapient quam vivant. ²⁴⁹ Denique arbores vivere, nec tamen sapere, secundum Aristotelem,

²⁵⁰ & si quis aliud substantiam animalium in vniuersa communicat, quæ apud nos in homine priuata res est, non modo ut Dei opus quod & cetera, ²⁵¹ sed ut Dei fatus quod, hæc sola, quam dicimus cum omni instruendo suo nasci. Et si ad arbores prouocamus, amplectemur exemplum. Siquidem & illis necdum arbusculis, sed stipitibus adhuc, & furculis etiam nunc, simul de scrobibus oriuntur, inest propria vis animæ. Verum pro temporis ratione remoratur coalescens & coadulescens robori suo, donec ætas adimpleat habitum quo natura fungatur. ²⁵² Aut vnde mox illis & frutices inoculantur, & folia formantur, & germina inflantur, & flosculi inornantur, & succi coniduntur: si non in ipsis omnis paratura generis quiescit, & partibus promota grādescit. Inde igitur & sapiunt vnde viuant, tam viuendi quam sapienti proprietate, & quidem ab infantia & ipsæ sua. ²⁵³ Video enim & vitem adhuc teneræ & impuberæ, intelligentem tamē iam opera sua, & volente alicubi adhærere, cum innixa & innexa proficiat. Deniq; nō expectata rustica disciplina, sine arundine, ²⁵⁴ fine cornu, siquid attigerit, vtrō amabit, ²⁵⁵ & quidē viriosius amplexabitur de suo ingenio quam de tuo arbitrio properat esse secura. Video & hederas, quantū velis promas, statim ad superma conari, & nullo præcente suspēdi, quod malint parietibus inuechi textili sylua, quam humi teri voluntaria iniuria. Contrā quibus de ædificio malè est, ut crescendo recedunt, ut rehugium sentias ramos aliorum destinatos, & animationem arboris de diuortio parientis intelligas, contentæ sua paruitate, quam ex primordio prouidentissimi fruticis edidicit, timentis etiam ruinam. Ha's ego sapientias & scientias arborum cur non contendam? Viant ut philosophi volunt, sapient ut Philosophi nolunt: intelligent & infantiam ligni, quo magis hominis, ²⁵⁶ cuius anima velut surculus quidam ex matrice Adam in propagationem deducta, & genitalibus foemine focis commendata cum omni sua paratura, pullulabit tam intellectu quam & sensu. ²⁵⁷ Mentor, si non statim infans ut vitam vagitu salutauit, hoc ipsum se testatur sensisse atque intellexisse quod natus est, omnes siq; ibidem dedicans lensus, & luce visum, & sono auditum, & humore gustum, & aere odoratum, & terra tactum. Ita prima illa vox de primis sensuum vocibus, & de primis intellectuum pulsibus cogitur. Plus est quod de prospectu lachrymabilis vita quidam augurem incommodorum vocem illam fleabilem interpretantur, quod etiam præsciens habenda sit ab ingressu nativitatis, nedum intelligens. ²⁵⁸ Non enim exinde & matrem spiritu probat, & nutricem spiritu examinat, & gerulam spiritu agnoscit, fugiens extranea vbera, & recusans ignota cubilia, & neminem appetens nisi ex vnu? Vnde illi iudicium nouitatis, & moris, si non sapit: vnde illi & offendit & demulcerit, si non intelligit: Mirum satis, ut infantia naturaliter animosa sit, non habens animum: & naturaliter affectiofa sit, non habens intellectum. ²⁵⁹ At enim Christus ex ore lactentium & parvulorum expediendo laudem, nec pueritiam, nec infantiam hebetes pronuntiauit: quarum altera cum suffragio occurrrens, testimonium ei potuit offerre, altera pro ipso trucidata vtique vim sensit.

CC iii

LILIANO
at cibis

Tertulliani de

CAP. XX.

580

[²⁶⁰] Et hic itaque concludimus, omnia naturalia animæ vt substantia eius ipsi inesse, & cum ipsa procedere atque proficere, ex quo ipsa censetur. ²⁶¹ Sicut & Seneca ²⁶² aperte, Initia sunt nobis omnium artium & ætatum semina: magisterque ex occulto Deus producit ingenia, ex seminibus scilicet insitis, & occultis per infantiam, quæ sunt & intellectus. Ex his enim producuntur ingenia. Porrò vt frugum seminibus una generis quæ forma est, processus tamen varijs. Alia integro statu evadunt, alia etiam meliora respondent, alia degenerant pro conditione cœli & soli, pro ratione operis & curæ, pro tempore euentu, pro licentia casuum: ita & animam licebit semine vñiformem, factu multiformem, nam & hic etiam de locis interefit. ²⁶² Thebis hebetes & brutos nasci relatum est. ²⁶³ Atque sapiendi dicendique acutissimos, vbi penes Colytum pueri mense ciuitatis eloquunt præcoce lingua. ²⁶⁴ Siquidem & Plato in Timao Mineruam adfirmat, cùm vrbe illum moliretur, nihil aliud quam regionis naturam prospexit, talia ingenia pollicitam. ²⁶⁵ Vnde & ipse in Legibus Megillo & Cliniae precipit, condenda ciuitati locum procurare. Sed Empedocles caufam arguta indolis & obtusa in sanguinis qualitate constituit, quæcumq[ue] etum ac perfectum de doctrina disciplinaque deducit. Tamen vulgata iam res est genitum propriatum. Comici Phrygas timidos illudunt, ²⁶⁶ Sallustius vanos Mauros, ²⁶⁷ Proces Dalmatas pulsat, mendaces Cretas etiam Apostolus inurit. Fortasse an & de corpore & de valetudine aliquid accedit. Opimitas sapientiam impedit, exilitas expedit, pusilys mentem prodigit, phthisis seruat, quanto magis de accidentibus habebuntur, circa corpulentiam & valentiam vel acutum, vel obtundit. Acutum doctrinæ, disciplinæ, artes, & experientia, negotia, studia: obtundit inscitia, ignavia, desidia, libidines, perjentia, otia, vita. Super hæc si & alia quæ praesunt potestates: enim uero præsumendum nos quidem Dominus Deus, & diabolus æmulus, secundum communem opinionem & prouidetia & F A T U M & necessitas & fortuna & arbitrij libertas. Nam & Philosophi distinguunt, ²⁶⁷ ET NOS SECUNDVM FIDEM DISSERENDA IAM NOVIMVS TITVL O. Apparet quanta sint quæ vnam animæ naturam vano locarint, vt vulgo naturæ deputentur, quod non species sint, sed sortes naturæ, & illæ vniuersitatis vniuersi, illius scilicet quam Deus in Adam contulit, & matricem omnium fecit, adeo sortes erunt, non species substantia vniuersi, id est varietas ista moralis quanta numerata non fuerit in ipso principe generis Adam. Debuerant enim uisus hæc omnia, ut in fonte naturæ, atque inde cum tota varietate manasse, si varietas naturæ filii.

CAP. XXI.

[²⁶⁸] Quod si vñiformis natura animæ ab initio in Adam ante tot ingenia: ergo non triformis, quia vñiformis per tot ingenia; iam nec triformis, ²⁶⁹ vt adhuc trinitas vñiana cædatur, quæ nec ipsa in Adam recognoscitur, quid enim spiritale in illo, ²⁷⁰ prophetauit magnum illud sacramentum in Christum & Ecclesiam: Hoc os excusat meus, & caro ex carne mea, vocabitur mulier: propterea relinquet homo patrem suum, & agglutinabitur mulieri suæ, & erunt duo in carnē vñā: hoc postea obuerit, ²⁷¹ in illum Deus amentiam immisit, spiritalem vim qua constat Prophætia. si & malum apparuit transgressionis admisum, nec hoc naturale deputandum est, quod infinitus operatus est. Tam non naturale, quæm nec materiale, ²⁷² quia & materia fidei exclusimus. Quod si nec spiritale, nec quod dicitur materiale, proprium in illo fuisset, animale: quod statu simplex, & vñiforme defendimus. De hoc plane relinquimus, an demutabile debat credi, quod naturale dicatur. ²⁷³ Idem enim conuertibilem naturam, vt trinitatem suam in singulis proprietatibus figant: quia arbor bonorum non ferat fructus, nec mala bonos, ²⁷⁴ & nemo de spinis metat fucus, & de tribulacione. Ergo si ita est, neque de lapidibus filios Abrahæ suscitare poterit Deus, nec genitum perarum facere poenitentia fructus. ²⁷⁵ Et errauit Apollonus scribens, Eratis & vos quando tenebrae, & fuimus & nos aliquando natura filij iræ, & in his vos quoque fuisse sed abluti estis. ²⁷⁶ Sed nunquam discordabunt sententiae sanctæ. ²⁷⁷ Non dabit cambo mala bonos fructus, si non inferatur: & bona mala dabit, si non colatur. Et lapidum filij Abrahæ sicut, si in fidem Abrahæ formentur. ²⁷⁸ Et genimina viperarum fructus poenitentia facient, si venena malignitatis expuerint. Hæc erit vis diuinæ gratiae, potior yisque natura, ²⁷⁹ habens in nobis subiacentem sibi liberam arbitrii potestam, quod autem dicitur, quæ cum sit & ipsa naturalis atque mutabilis, quoquo vertitur natura conuertitur. Inesse autem nobis ²⁸⁰ autem dicitur naturaliter, IAM ET MARCUS OSPI

Matth. 3.
Ephes. 5.
Ephes. 2.
1. Cor. 6.
Luc. 6.
Matth. 3.
Ibidem.

AOSTENDIMVS ET HERMOGENI. Quid nunc si & naturæ conditio sic erit definenda, vt duplex determinetur, natorum & innatorum, factorum & infectorum. Atque ita quod natum factumque constiterit, eius natura capiet demutationem; & renasci enim poterit & refici. Innatum autem & infectum immobile stabit.²⁸⁰ quod cum soli Deo cōpetat, vt soli innato & infecto, & idcirco immortali & inconvertibili, absolutum est, ceterorum omnium natorum atque factorum conuertibilem & demutabilem esse naturam, vt & si trinitas animæ ascribenda esset, ex mutatione accidentia, non ex institutione naturæ deputaretur. [281] Cetera animæ naturalia iam à nobis audiit Hermogenes, cum ipsorum defensione & probatione, per quæ Dei potius quam materiæ propinquæ cognoscitur. Hic solummodo nominabuntur, ne præterita videantur. Dedimus enim illi & libertatem arbitrij, vt supra scripsimus, & dominationem rerum, & diuinationem interdum, seposita quæ per Dei gratiam obuenit ex Prophetia. Itaque iam ab isto dispositionis retractatu recedam, vt ordinem eius expungam.²⁸² Definimus animam, Dei statu natam,²⁸³ immortalē,²⁸⁴ corporalem,²⁸⁵ effigiatam,²⁸⁶ substantia simplicem,²⁸⁷ de suo patientem,²⁸⁸ variè procedentem,²⁸⁹ liberam arbitrij,²⁹⁰ accidentis obnoxiam,²⁹¹ per ingenia mutabilem,²⁹² rationalem, dominatricem,²⁹³ diuinatricem,²⁹⁴ ex una redundantem. Sequitur nunc, vt quomodo ex una redundet, consideremus, id est unde, & quando, & qua ratione sumatur. [295] Quidam de cœlis deuenisse credunt, tanta per-
C. xxii.
B. fuatione, quanta illuc indubitate regresuros reprobunt,²⁹⁶ vt Saturninus Menandri Simoniani discipulus induxit, hominem affirmans ab angelis factum, primoque opus fuisse & inuidum, & instabile, in terra vermis instar palpitasse, quod consistendi viræ de-
sirent. Dehinc ex misericordia summa potestatis, ad cuius effigiem nec tamen plenaria perspectam temere struetus fuisset, scintillulam vita consecutu, quæ illum exsuscitat & exerit, & constantius animarit, & post decepsum vitæ ad matricem relatura sit.²⁹⁷ Sed & Car-
pocrates tantudem sibi de superioribus vindicat, vt discipuli eius animas suas iā & Christo, nedum Apostolis & peræquent, & cum volunt præferant: quas proinde de sublimi virtute conceperint despectrice mundipotentium principatum.²⁹⁸ Apelles follicitatas refert animas terrenis efcis de supercelestibus sedibus ab igneo angelo Deo Iraelis & nostro, qui exinde illis peccatricem circumfinixerit carnem.²⁹⁹ Examen Valentini semen Sophiae fulcit animæ, per quod historias atque milesias ætonum suorum ex imaginibus visibilium recognoscunt. Doleo bona fide,³⁰⁰ Platonem omnium hæreticorum commentarium faetum.³⁰¹ Illius est enim & in Phædonè, quod animæ hinc eentes sint illuc, & inde hoc.³⁰² Item in Timæo, quod germina Dei delegata sibi mortalium genitura, accepto initio animæ immortalis,³⁰³ mortale ei circumclauerint corpus.³⁰⁴ Tum quod mundus hic imago sit alterius alicuius, quæ omnia vt fidei commendet.³⁰⁵ &: Animam retro in superioribus cum Deo egisse in commercio Idæarum, & inde hoc transuenire, &
C. hic quæ retro norit de exemplaribus recensere, nouum elaborauit argumentum,³⁰⁶ *μαθητικῶν*, id est discentias reminiscencias esse.³⁰⁷ Venientes enim huc inde animas obliuisci corum in quibus prius fuerint, dehinc ex his visibilibus recordari edocetas. Cum igitur huiusmodi argumento illa insinuantur à Platone quæ hæretici mutuantur, satis hæreticos repercutiam, si argumentum Platonis elidam. [308] Primò quidem obliuionis capacem animam non cedam,³⁰⁹ quia tantam illi conceffit diuinitatem, vt Deo adaque-
tur: in natam eam facit, quod & solum armare potuisse ad testimonium plenæ diuinitatis: adiicit immortalē, incorruptibilem, incorporalem, quia hoc & Deum credidit, in-
visibilem, ineffigiablem, vniiformem, principalem, rationalem, intellectualem. Quid am-
plius proscriberet animam, si eam Deum nuncuparet? Nos autem qui nihil Deo appendi-
mus, hoc ipso animam longè infra Deum expendimus,³¹⁰ quod natam eam agnoscimus,
ac per hoc dilutionis diuinitatis, exilioris felicitatis, vt flatum, non vt spiritum. Et si im-
mortalē, vt hoc sit diuinitatis, tamen passibilem, vt hoc sit nativitas: id est que & à pri-
mordio exorbitationis capacem, & inde etiam obliuionis affinem.³¹¹ *SATIS DE ISTO*
EVVM HERMOGENE. Ceterum quæ vt Deus haberi meritò possit ex peræquatione om-
nium proprietatum, Deus nulli passioni subiacebit. Ita nec obliuioni, quum tanta sit iniuria obliuio, quanta est gloria eius cuius iniuria est,³¹² memoria scilicet, quam & ipse Plato sensum & intellectuum salutem,³¹³ & Cicero thesaurum omnium studiorum prædicavit. Nec hoc iam in dubium deducetur, an tam diuina anima memoriam potuerit amittere, sed an quæ amiserit, recuperare denuò possit. Quæ enim non debuit obliuisci, si oblita

C. xxiii.

CC. iiiij

LILIAN,
atī onibus
II.

fit, nescio an valeat recordari: ita utrunque sive anima non Platonice congruet. Secundo gradu opponam:³¹⁴ Natura compotem animam facis Idearum illarum, an non immo natura, inquis. Nemo ergo concedet naturalem scientiam naturalium excidere artium, excidet studiorum, excidet doctrinarum, disciplinarum, excident fortassis & ingeniorum & affectuum, quae naturae videntur, non tamen sunt,³¹⁵ quia ut praemissimus, & pro locis, & pro institutionibus, & pro corpulentis, ac valetudinibus, & pro potestatibus dominaticibus, & pro libertatibus arbitrij, ex accidentibus constant. Naturalium vero canticia ne in bestiis quidem deficit. Plane obliuiscetur feritatis leo, mansuetinus eruditus praeuentus, &³¹⁶ cum toto suggestu iubarum, delicium fiet Berenices alicuius reginae, lingua genas eius emaculans: mores bestiam relinquunt, scientia naturalium permanebit. Non obliuiscetur idem naturalium pabulorum, naturalium remediorum, naturalium terrorum; & si de piscibus, & si de placentis regina ei obtulerit, carnem desiderabilem³¹⁷ & si languenti theriacam composuerit, simiam leo requiriет; & si nullum illi venabolum obfirmabit,³¹⁸ gallum tamen formidabit. Perinde & homini omnium forsitan oblimissimo inoblitiorata perseuerabit sola sciētia naturalium, vt sola scilicet naturalis, ³¹⁹ memmor semper manducandi in cibis, & bibendi in siti, & oculis videndum, & auribus audiendum, & naribus odorandum, & ore gustandum, & manu contrectandū. Hi sunt certi sensus, quos Philosophia depreciat intellectualium prælatione. Igitur si naturalis iste sensualium permanet, quomodo intellectualium, que potior habetur, intercidet? In nunc ipsa vis obliuionis antecedentis recordationem:³²⁰ ex multitudine (ait) temporis. Satis improspecte. Quantitas enim temporis non pertinebit ad eam rem quae innaturatur, ac per hoc potissimum aeterna credatur. Quod enim aeternum est, eo quia & in tum est, neque initium, neque finem temporis admittendo, nullum modum tempus patitur: cui temporis modus nullus est, nec cibis demutatio temporis subest, nec ea multitudine temporis vis est. Si tempus in causa est obliuionis, cur ex quo anima corporis inducitur, memoria delabitur, quasi exinde tempus anima sustineat, que sine dubio pro corpore, non fuit utique sine tempore? Ingressa vero corpus, statim obliuiscitur, atque quanto post? Si statim, & quae erit temporis nondum suppedita multitudine? infamilicet. Si aliquanto post, ergo illo in spatio ante tempora obliuionis memor adhuc anima, & quale est ut postea obliuiscatur, & rursus postea recordetur? Quoquo autem tempore illam obliuio intruerit, quantus hic etiam habebitur modus temporis, tota vita decursio satis non erit ad vertendam memoriam tanti ante corpus aui.³²¹ Sed sius Plato causam demutat in corpus, quasi & hoc fide dignum, vt nata substantia immemor extinguitur. Magna autem & multæ differentiae corporum pro gentilitate, pro magnitudine, pro habitudine, pro arte, pro valetudine. Num ergo & obliuionum differentiae existimabuntur? Sed uniformis obliuio est; ergo non erit corporalitas multiformis in exitu uniformis.³²² Multa item documenta, teste ipso Platone, diuinatione animarum, bauerunt,³²³ QVÆ PROPOSIVIMVS IAM HERMOGENI. Sed nec quisquam honestum non & ipse aliquando præfigam animam suam sentit, aut omnis, aut periculi gaudij augurem. Si diuinationi non obstrepet corpus, nec memorie opinor officierit, sed certè corpore & obliuiscuntur animæ, & recordantur. Si qua corporis ratio inservit obliuionem, quomodo contraria eius admettet recordationem? quia & ipsa pollutionem recordatio, memoria recidua est. Quod primæ memorie aduersatur, cur secunda refragetur? Postremò qui magis reminiscerentur quam pueruli, ut recentiorum discentiarum reminiscientia sunt? Immò cur non ex æquo omnes recordantur, cum æquo omnes obliuiscamus? Sed tantummodo Philosophi, ne hi quidem omnes.³²⁴ Nam scilicet solus in tanta gentium sylva, in tanto sapientium prato, Idærum & oblitus recordatus est. Igitur si nullo modo consistit argumentatio ista præcipua, totum illud posterius eius est, cui accommodata est, ut anima & innata, & in coelestibus conseruantur & conscientia diuinorum illic, & inde delata, & hic recordatae crederentur, ad occasiones planè hæreticis subministrandas. [325] Iam nunc regrediar ad causam huius exercitus, ut reddam quomodo anima ex una redundant, quando, & ubi, & ex qua ratione sumantur, de qua specie nihil refert, à Philosopho, an ab hæretico, an à vulgo quæstio occurrit. Nella interest professoribus veritatis de aduersariis eius, maximè tam audacibus quæcumque primò isti qui præsumunt, non in utero concipi animam, nec cum carnis figulatione con-

A pingi atque produci,³²⁶ sed & effuso iam pātu nōdum viuo infantī extrinsecus imprimi. Ceterū semen ex concubitu muliebribus locis sequestratum, motuque naturali vegetatum compinguescere in solam substantiam carnis: eam editam, & de vteri fornace fumantem, & calore solutam vt ferrum ignitum, & ibidem frigidē immersum, ita aēris rigore percussam, & vim animalem rapere, & vocalem sonum reddere.³²⁷ Hoc Stoici cum Aeneidem,³²⁸ ipse interdum Plato, quum dicit: perinde animam extraneam aliās & extorrem vteri prima adspiratione nascentis infantis adduci, sicut exspiratione nouissimē duci. Videbimus an sententiam finxerit,³²⁹ ne ex Medicis quidem defat Hicesius, & natura & artis suae praeauricator. Puduit opinor, illos hoc statuere, quod fēmina agnoscērent.³³⁰ At quanto roboratior exitus à fēminis reuinci, quām probari. In ista namque specie nemo tam idoneus magister, arbiter, testis, quām fexus ipsius. Respondete matres, vōisque prægnantes, vōisque puerperæ, steriles & masculi faceant, vestrae naturæ veritas queritur, vestrae passionis fides conuenit, an aliquam in fœtu sentiatis viuacitatem alienam de vestro, de quo palpitent ilia, micent latera, tota ventris ambitio pulsatur, vbiique ponderis regio mutetur: an hī motus gaudia vestra sint, & certa securitas, quōd ita infante & viuere confidatis & ludere: an si desierit inquietus cius, illi prius pertimescat: an & audiat iā in vobis, quum ad nouū sonum excutitur: an & ciborum vanitates illi desideratis, illi etiam fastidias: an & valetudinibus inuicem communiciatis, ille quidem vīsque conuulsionibus vestris, quibus & ipse intus per eadem membra signatur, rapiens sibi iniurias matris. Si liuor ac rubor sanguinis passio est, sine anima non erit sanguis: si valetudo omnis accessio est, sine anima non erit valetudo: si alimonia, incidia, clementia, decrementa, paucor, motus, tractatio est anima, his qui fungitur, viuet. Denique definit viuere, qui definit fungi. Denique & mortui eduntur, quomodo nisi & viuere: qui autem & mortui, nisi qui prius viuere?³³¹ Atquin & in ipso adhuc vtero infans trucidatur necessaria crudelitate, quum in exitu obliquatus denegat partum, matricida hī moriturus. Itaque & inter arma Medicorū & organa est, quo prius patescere secreta coguntur tortili temperamento, cum anulo cultrato quo intus membra cædūtur anxo arbitrio,³³² cum hebeti vīco quo totū pecus adtrahitur violento puerperio.³³³ Est etiam æneum spiculū, quo iugulatio ipsa dirigit cęco latrocino: *εὐθυγόρητιον appellant de infanticidij officio, vtique viuētis infantis *εὐθυγόρητιον peremptorium. Hoc & Hippocrates habuit, & Aselepiades, & Erasistratus, & maiorum quoque profector Herophilus, & mitior ipse Soranus, certi animal esse conceptum, atque ita miserati infelicissima huiusmodi infantia, vt prius occidatur, ne viua lanetur. De qua sceleris necessitate nec dubitabat credo Hicesius, iam natis animam superducens ex aēris frigidi pulsu,³³⁴ quia & ipsum vocabulum anima penes Gr̄cos de refrigeratione respondens. Num ergo Barbaræ Romanæque gentes aliter animantur,³³⁵ quia anima aliud quid, quām φυλέτω cognominauerunt:³³⁶ Quātā verò nationes sub feruentissimo axe centent, colore quoque excoctæ? Vnde illis anima quibus aēris rigor nullus? Taceo cubiculares astus, & omnem illic caloris paraturam enitentibus necessariam, quas adflari vel C maximē periculum est. In ipsis penè balneis feetus elabitur, & statim vagitus auditur. Ceterū si aēris rigor thesaurus est anima,³³⁷ extra Germanias, & Scythas, & Alpes, & Argos nemo debuit nasci. Atquin & populi frequentiores apud orientalem & meridiale temperaturam, & ingenia expeditiora omnibus Sarmatis etiam mente torpentibus. Et animi enim de rigoribus scitiores prouenirent, si anima de frigusculis euēnit. Cum substantia enim & vis. His ita præstructis, possumus illos quoque recognitare,³³⁸ qui execto matris vtero viuū aērem hauserunt, Liberi aliqui & Scipiones.³³⁹ Quād si qui, vt Plato, perinde non putat duas animas in vnum conuenire, sicut nec corpora, ego illi non modò duas animas in vnum congestas ostendissem, sicut & corpora in feetibus, verū & alia multa cum anima conserta,³⁴⁰ dæmonis scilicet, nec vnius, vt in Socrate ipso:³⁴¹ verū & septenarij spiritus, vt in Magdalena: & legionarij numeri, vt in Geraseno: quōd facilius Marc. 16. anima cum anima conseretur ex societate substantiæ, quām spiritus nequam ex diuersi-

LLIANO
ati onibus

C. xxvi. gerebant, si non exinde & anima est ad quas & quae pertinet, si quid est status. [345] Sed omnis inæqualitas sententiae humanae usque ad Dei terminos: in nostris iam lineas gradum colligam, ut quod Philosophis Medicisque respondi, Christiano probem. De tuo fratre fundamento fidem ædificem: Aspice viventes vteros sanctissimarum foeminarum, nec modò spirantes iam illic infantes, verum etiam prophetantes.³⁴⁶ Ecce viscera Rebecce inquietantur, & longè adhuc partus, & aëris nullus impulsus. Ecce duplex focus in locis matris tumultuatur, & nusquam adhuc populi duo. Portentosa forsitan petulantia infantia: antè certantur quām viuentis, antè animos & quām animatae, si tantummodo matrem subfultando turbasset. At cum partus aperitur, & numerus inspicitur, & auguratus recognoscitur, puto iam non animæ solummodo probantur infantium, sed & pugna. Decimabatur qui præuenerat nasci à præuento needum plenius edito, tantum manu nato. Et si ipse animam de prima spiratione potabat Platonico more, aut de aëris rigore carpitur Stoica forma, quid ille qui expectabatur, qui adhuc intus detinebatur, & foris iam diebat? Nondum opinor spirans plantam fratris inuaserat, etiam nunc calens matre se proximè prodisse cupiebat. O infantem & æmulum & validum & olim contentiolum, cuius via vium.³⁴⁷ Aspice etiam singulares conceptus, & quidem monstrosiores, sterilis virginis, quæ vel hoc ipso imperfectos edere potuissent pro euerione nature, vt alentur minis stupida, altera intacta. Decebat si forte sine anima nasci qui fuerant non rite concepi, sed & illi viuunt, in suo quique vtero. Exultat Elizabeth, Ioannes intus impulsa glorificat Dominum Maria, Christus intus instinxerat. Agnoscunt matres suos in utero fœtus, agnitus mutuo ab ipsis utique viuentibus, qui non tantum animæ erant, verum Hierem. I. spiritus.³⁴⁸ Sic & ad Hieremiam legis Dei vocem: Priusquam te in vtero fingerem, te. Si fingit Deus in vtero, & afflat ex primordij forma, & fixit Deus hominem, & Hierem. I. in eum statum vitæ: nec nosset autem hominem Deus in vtero, nisi totum. Et prius Matth. 22. exires de vulva, sanctificauit te, & mortuum adhuc corpus utique nequaquam. Deusa C. xxvii. viuorum, non mortuorum. [349] Quomodo igitur animal conceptum, simul nec vtriusque substantia corporis animæque, an altera earum præcedente: immò simul anima & concipi, & confici, & perfici dicimus, sicut & promi, nec ullum interuenire mons in conceptu quo locus ordinetur. Recogita enim de nouissimi prima,³⁵⁰ si mors mortaliud determinatur, quām disiunctio corporis animæque, contrarium morti vita non definietur quām coniunctio corporis animæque. si disiunctio simul utriusque substantia cedit per mortem, hoc debet cōiunctionis forma mandasse pariter obuenientis per utriusque substantia. Porro vitam à conceptu agnoscimus, quia animam à conceptu vita camus. Exinde enim vita quo anima: pariter ergo in vitam compinguntur, quæ pariter mortem separantur.³⁵¹ Tunc si alteri primatum damus, alteri secundatum, lenimus que discernenda sunt tempora pro statu ordinis: & quando collocabitur corporis forma ex distantia temporum. Nam eti duas species confitebimus seminis, corporalem & malem, indiscretas tamen vindicamus, & hoc modo contemporales eiudemque mortis. Ne itaque pudeat necessaria interpretationis. Natura veneranda est, non erubet. Concupitum libido, non conditio fecundit. Excessus, non status est impudicus. Sed Gen. 2. maledictus, adulteria, & stupra, & lupanaria.³⁵³ In hoc itaque solēni sexuum officio, plu marem ac foemina misceat, in concubitu dico communī, scimus & animam & carnem simili fungi, animam concupiscentia, carnem opera, animam instinctu, carnem adū. Vix igitur impetu utriusque, toto homine concusso despumat in semen totius hominis. Hoc ex corporali substantia humorem, ex animali calorē. Et si frigidum nomen est animalium corum, quare corpus exempta ea friget?³⁵⁴ Denique ut adhuc verecundia magis penitentia probatione, in illo ipso voluptatis ultimæ astu quo genitale virus expellit, nonne aliquid de anima quoque sentimus exire, atque adeo marcescimus & deuigescimus cum lucis detrimento? Hoc erit semen animale protinus ex anima defillatione, facta cum caro in Adam. Quid aliud limus quām liquor optimus? Inde erit genitale virus,³⁵⁵ ex illud efflamus. Quum igitur in primordio duo diuersa atque diuisa limus & flatus virus hominem coegerint, confusa substantia ambæ iam in uno semina quoque sua militat.

A runt, atque exinde generi propagando formam tradiderunt, vt & nunc duo licet diuersa, etiam vnita pariter effluant, pariterque insinuata sulco & aruo suo, pariter hominem ex vtraque substantia effructicent, in quo rursus semen suum insit secundum genus, sicut omni conditioni genitali praestitutum est. Igitur ex uno homine tota haec animarum redundantia agitur, obseruante scilicet natura Dei edictum: Crescite, & in multitudinem proficite. Nam & in ipsa praeftatione operis vnius: Faciamus hominem, vniuersa posteritas pluraliter predicata est: ^{Gen. 1.} ³⁵⁶ Et praesint pescibus maris, nihil mirum, reprobatio segetis in semine.

[³⁵⁷ Quis ille nunc vetus sermo apud memoriam Platonis de animarum reciprocis discursu, quod hinc abeunt eant illuc, & rursus huc veniant & viuant, & dehinc e vita abeant: rursus ex mortuis effici viuos? ³⁵⁸ Pythagoricus vt volunt quidam diuinus, Albini vt exstimo, aut Mercurij forsan Aegypti. Sed nullus sermo diuinus nisi Dei vnius, quo Prophetæ, quo Apostoli, quo ipse Christus intonuit: ³⁵⁹ multò antiquior Moyses etiam Saturno nongentis circiter annis, nedum pronepotibus eius, certè diuinior multò, qui decursus generis humani ab exordio mundi quoq; per singulas nativitates nominatim temporatimq; digestis, satis probans diuinatem operis ex diuinatione vocis. ³⁶⁰ Si vero Samius Sophista Platoni auctor est animarum de recidiuatu reuolubili semper ex alterna mortuorum atque viuentium suffectione, certè ille Pythagoras eti bonus cetera, tamen vt hanc sententiam exstrueret, non turpi modo, verum etiam tempore mendacio incubuit. Cognosce qui nescis, & crede nobiscum: mortem simulat, subterraneo latitat, se ptennis illic patientia damnat, inter ea quæ de posteris defunctis ad fidem rerum effter reformatus, ab unica conscientia & miniatura matre cognoscit: vt satis sibi visus est corpulentiam interposasse ad omnem mortui veteris horrorem, de adityis fallacie emergit, vt ab inferis redditus, quis non crederet reuixisse quem crediderat obisse: audiens praesertim ab eo quæ de posteris mortuis nisi apud inferos non videretur cognoscere potuisse, sic ex mortuis viuos effici senior sermo est, quid enim si & iunior? neque veritas desiderat vetustatem, neque mendacium deuitat nouillitatem. Teneo planè falsum antiquitate generosum; quid ni falso, cuius testimonium quoque ex falso est? Quomodo credam, non mentiri Pythagoram, qui mentitur vt credam? ³⁶¹ quomodo mihi persuadebit Aethalidem, ³⁶² & Euphorbum, ³⁶³ & Pyrrhum pescatorum, ³⁶⁴ & Hermotimum, se retrò ante Pythagoram fuisse, vt persuadeat viuos ex mortuis effici, qui iterum se Pythagoram peierauit? Quanto enim credibilius ipse ex semetipso redisset in vitam, quam totiens aliis atque alius, tanto & in durioribus fecerit, qui molliora mentitus est. Sed clypeum Euphorbi olim Delphis concretatum recognouit, & suum dixit, & de signis vulgo ignotis probauit. ³⁶⁵ Respice ad Hypogaeum eius, & si capit, crede. Nam qui talem commentus est stropham, cum iniuria bona valetudinis, cum fraude vita septenio excruciatæ infra terram inedia, ignavia, umbra, cui tanti fuit fastidium cœli, quam non accesserit temeritatem, quam non tentauerit curiositatem, vt ad notam clypei illius perueniret? Quid autem si in historiis aliquibus occultioribus reperit? Quid si defectæ iam traditionis superstites aliquas famæ aurulas haufit? Quid si ab auditu redempta clam inspectione cognouit? ³⁶⁶ Scimus etiam Magos elicer exploradis occultis ³⁶⁷ per catabolicos ³⁶⁸ & paredros, ³⁶⁹ & pythonicos spiritus. Non enim & Pherecydes Pythagoræ magister his forsan artibus diuinabat, ne dicam somnabat. Quid si idem dæmon in illo fuit, qui & in Euphorbo res sanguinis gessit? Denique quise Euphorbum ex argumento clypei probarat, cur neminem Troianorum comilitorum aquæ recognovit? Nam & illi iam reuixissent, si viui ex mortuis fieren.

[³⁷⁰ Mortuos quidem ex viuis effici constat, non ideo tamen & ex mortuis viuos. Ab initio ^{C. xxix.} enim viui priores, vnde ab initio aquæ mortui posteriores: nō aliundem quam ex viuis illi habuerant vnde proficisceretur, dum ne ex mortuis isti non habuerint vnde magis deduceretur. Igitur si ab initio viui non ex mortuis, cur postea ex mortuis? Defecerat ille quiunque est originis sonus? An formæ pœnituit? & quomodo in mortuis salua est? Non quia ab initio mortui ex viuis, idcirco semper ex viuis? Aut enim in vtraque parte forma initij persistuerat, aut in vtraque mutasset: vt si viuos ex mortuis postea oportuerat, perinde oportet etiam non ex viuis effici mortuos. Si non peræquare deberet fides institutio- nis, non usquequa contra ex contrariis reformari alternant. Et nos enim oppone- mus contrarietas natu & innati, visualitatis & excitatis, iuuentu & senecte, sapientie & insipientie. Nec tamen ideo innatum de nato prouenire, quia contrarium ex contrario fiat. Nec visualitatem iterum ex excitate, quia de visualitate excitata accidat: nec iuuentu-

LILIAN,
at ionibus
II.

rurus de senecta reuiuscere, quia ex iuventa senecta marcescat: nec insipientiam ex sapientia denuo obtendi, quia ex insipientia sapientia acutatur.³⁷¹ Hæc & Albinus Platonis vero
veritus subtiliter querit contrarietatum genera distinguere, quasi non & hæc tam abso-
lutè in contrarietatibus posita sint, quæ & illa quæ ad sententiam magistri sui interpre-
tatur, vitam dico & mortem. Nec tamen ex morte vita reddatur, quia ex vita mors defi-
ratur. [372] Quid autem ad cetera respondebimus? Primò enim si ex mortuis viui, sicut
mortui ex viuis, unus omnino & idem numerus semper habisset omnium hominum, ille
scilicet numerus qui primus vitam introisset. Piores enim ex mortuis viui, deinceps mor-
tui ex viuis, & rurus ex mortuis viui. Et dum hoc semper ex iisdem, ita totidè semper quod
ex iisdem. Nam neque plures aut pauciores existent, quæ redirent. Inuenimus autem
apud Commentarios etiam humanarum antiquitatum paulatim humanum genus exude-
rasse,³⁷³ dum aborigines, vel vagi, vel extores, vel glorioosi quique occupant terras, ut
Scythæ Parthicas, ut Menida Peloponnesum, ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam,
ut Phœnices Africam, dum solennes etiam migrationes,³⁷⁴ quas *metoniae* appellant, consi-
filio exoneranda popularitatis, in alios fines examina gentis eructant. Nam & origines
nunc in suis sedibus permanent, & alibi amplius gentilitatem feceraverunt. Certe quid
ipse orbis in promptu est cultior de die, & instruictior pristino. Omnia iam peruta, omni-
nota, omnia negotiosa, solitudines famolas retro fundi amissimis obliterauerunt, plena
uas arua domuerunt, feras pecora fugauerunt, harenæ seruntur, faxa panguntur, pale
eliquantur, tantæ vrbes quantæ non casæ quondam. Iam nec infusa horrent, nec ferri-
terent; vbique domus, vbique populus, vbique respublica, vbique vita. Summum in
morium frequentia humana. Onerosi sumus mundo, vix nobis elementa sufficiunt
necessitates artiæ, & querelæ apud omnes, dum iam nos natura non sustinet,³⁷⁵
uera lues, & famæ, & bella, & voragini ciuitatum pro remedio deputanda, tanquam
tonsuræ in solescentis generis humani: & tamen quum eiusmodi secures maximam
talium vim semel excedant, nunquam restitutionem eius viuos ex mortuis reducent.
[376] post mille annos semel orbis expauit. Et hoc enim sensibile fecisset aqua vis ambi-
nis & restitutionis, si viui ex mortuis fierent. Cur autem mille annis post, & non statim
mortuis viui, quum si non statim supparetur quod erogatum in totum absumi periclitum
præueniente restitutionem defectione: quia nec parias et cōmeatus hic vita miliariorum
pori longè scilicet breuior, & id circò facilior antè extingui quæ redaccendi. Igittu
hoc modo intercidisset, si viui ex mortuis fierent, quando non intercidit, non erit ex-
CA. XXXI. dum viuos ex mortuis fieri. [377] Iam vero si ex mortuis viui, utique singuli ex singulis
Singulorum ergo corporum animas, ut singulas in singula corpora reuerti oportet.
378 Porro si & binæ & trinæ & quinæ usque uno vetero refumuntur, non erunt ex mortuis
viui, quia non singuli ex singulis.³⁷⁹ Et hoc autem modo primordij forma signatur, quæ
& nunc plures animæ de una proferuntur. Item quum varia ætate decadant animæ
una reuertuntur? Omnes enim ab infancia imbuuntur, quia infans reuertatur, quæde-
tem ut senex defunctus infans reuertatur? si decrescit foris anima retrogradat, quæde-
magis erat ut progressior reuertetur mille post annis: Certe vel coartanea sua membra
æuum quod reliquisset, iterum recepisset. Sed & si eadem semper reuoluerentur, licet
corporum quoque formas easdem, licet non flatorum: tamen quoque fortes calamitatis
genitorum & auditorum & adiectionum pristinas proprietates secundū referre debent, quæ
niam temerè eadem haberentur, carentes his per quæ eadem probarentur. Unde
(inquis) an ita quidem fiat occulte, sed conditio miliarij æui interimat facultatem re-
fendi, quæ ignorata & ibi reuertuntur. Atquin scio non ita fieri, quum Pythagoram, fe-
phorbum mihi opponis. Ecce enim Euphorbum mihi opponis, ecce enim Euphorbum
militarem & bellicam animam satis constat vel de ipsa gloria clypeorum conseruatorum
Pythagoram verò tam residem & imbellem, ut prælia tunc Græciæ vitans, Italicæ male-
quietem Geometriæ & Astrologiæ & Musica deuotus, alienus studio & affectu Eupho-
rbi. Sed & Pyrrhus ille fallendis piscibus agebat,³⁸⁰ Pythagoras contraria nec edendis via
malibus abstinebat. Aethalides autem & Hermotimus³⁸¹ fabam quoque in publis communi-
bus inruerat: Pythagoras vero ne per fabalia quidem transiendum discipulis suis tradie-
dit. Quomodo ergo eadem animæ recuperantur, quæ nec ingenii, nec instituti, immo
nec virtutibus eadem probabuntur. Iam nunc de tanto Græciæ censu quatuor sole annis
nem quoq; Prophetiam meruimus & consequi.

Sunt autem rursus phrasæ *Tertullianus*, paratura, de

qua novi latini, & subornant, cuius explicatio supra

lib. de *Præscript.* adu. her. cap. 7. num. 38. commiserit nos

& *Philosophos*, de qua *Tom. 2. lib. ad Martyr.* num. 11.

regula nostra, de qua rursus lib. de *Præscript.* aduers.

her. cap. 13. num. 81.

30. exceptis plane, quæ sine laquo, &c.] His

verbis explicari quomodo non in totum reuicienda *Philoso-*

phia, &c. sed uti subiungit: ex æmulis nonnumquam sit

testimonium necessarium. Est vero referendum in Pro-

legomenis inter proverbiales formulæ illud: quanta sit

huius materia istius.

31. Sed & *Medicinam* inspxi sororem *Philoso-*

phias, &c.] Hinc infra non selen ex *Medicis* *Ast-*

rium de Anima tractat: ut potè quum, uti subiungit:

ad *Medicinam* magis *Anima* ratio pertinere vi-

deatur.

32. Heraclitus ille tenebrosus.] Haud abs. nili-

ter *B. Hieronymus* initio lib. 1. adu. *Louianum*. Heraclitum

motivis vocat, quem sadantes *Philosophi* vix intelligunt. Ipse enim, *Laertius* testis, de industria librum suum de *Natura obscuris* scripsit, ut soli illum erudit legerent: unde & *Crates* quandam, quā illum librum *Græci* inueheret, dixisse: *Delio* aliquo natore opus esse, qui in illo non suffocaretur. Car autem Heraclito meror adscribat, dicimus cap. sequ. num. 49. & de morte eius vide supra lib. ad *Mart.* num. 49.

33. terminos Animæ nequam inuenisse omnem viam ingrediendo.] Istud Heracliti pronuntiationis sic clariss explicat *Laertius*: Dicitur & id de *Animæ* sensisse natura: numquam illam reperi posse, quantalibet quis via conficiat spatia, adeò profundam esse rationem. Effinxisse interim illum *Animam* ex igne, infra dictetur cap. 5. non aliter atque Deum quoque igitur afferuisse supra diximus lib. de *Præscript.* adu. heret. cap. 7. num. 44. Quod etiam vnitate *Animæ* ruerat que in totum corpus diffusa sit, vide infra cap. 14. num. 176.

34. Infinitas enim quæstiones Apostolus prohibet.] Quod sapientis alibi adnotauit, vel hinc patet: Metaphysicæ sapientis ab Auctore scripturas citari. Nusquam enim expressè Apostolus prohibet quæstiones infinitas, sed i. *Tim.* 1. fabulas indeterminatas, que quæstiones prestant magis quam adificationem. Fortassis autem quum alibi legit: indeterminatas, legi hic debet: infinitas. verum nihil immutare volui.

CAP. III.

35. Atque vtinam nullas hæreses, &c.] Inscriptio nunc capiti damus: Quod à Philosophis de *Animæ* dissentientibus etiam hæretici suas hæreses de *Animæ* mutuarint. Seu potius: Torius libri huius argumentum. Atqui quod Philosophi hæreticorum Patriarchæ, habet etiam supra lib. adu. *Hermogenem*, cap. 8. de quo *Laertius* lib. de *Præscript.* adu. heret. cap. 7. in *Adnot.* nostris num. 36. Hic hanc esse causam indicat cur aduersus *Philosophos* etiam scribat.

36. Siquidem & ab Apostolo, &c.] Nullam hic certam scripturam citat, sed adludit ad illud *Colossi* 2. Ne quis vos depraedetur seu concutiat per *Philosophiam*. Sive autem legas: præuideatur cum *Harriso*, sive: prouideatur, uti hactenus, perinde est.

37. capones, &c. miscentes aquam vino, &c.] Iocum hunc imitatur *B. Hieron.* initio lib. adu. *Vigilant.* his verbis: Iste capo *Calaguritanus* miscet aquam vino. Adludit vero eterque ad illud *Isa*. 1. Vinen tuio mixtum est aqua. Quod quum etiam *B. Hieron.* in *Comment.* de *hereticis* interpretetur, varia quo sequuntur sententia, ad hæreticos magis pertinent quam *Philosophos*; quibus adeò velut alius agens, Argumentum totius huius libri prosequitur.

38. alij immortalem negant *Animam*.] De hac opinione habet supra *Tom. 1. Apolog.* cap. 47. alij dislo-
bulenter contendunt, & lib. de *Testim.* *Animæ*, c. 1. seu minimè diuina & æternæ res es, ut schola Epicuri (sic enim lego, pro: soli Epicuro) videtur. Item cap. 4. Opinio *Christianæ*, eti Epicurea gravior, quia te ab interitu defendit. Adtribuit autem istud *Auctor* non solum *philosophis*, sed etiam *sadducæis* ex *Iudaismo* hæreticis, infra lib. de *Resurr. carn.* cap. 1. Nihil (inquit) esse post mortem, Epicuri schola est. Ait & *Seneca*: omnia post mortem finiri, etiam ipsam. Si vero & apud Deum aliqua seca est, Epicureis magis adfinis quam *Prophetis*; scimus quid au-
diant à Christo *Sadducæi*. Ad quos etiam adluditur.

EE. iiiij

ILLIANO
uti anibus

suprà lib. de Prescript. adu. heret. cap. 7. quemadmodum ibi latius num. 41. & qua heresi non abhorruisse etiam Valentianos, indicat Author his verbis, c. 32. & Animam mortalis apud illos, nisi que salutem fide inuenierit. Eādem aut adhuc viuo Tertull. aut saltem paupētē renouarunt, quos Enseb. lib. 6. hīst. Eccles. cap. 26. & B. August. lib. 83. Arabicos vocat, qui ex Origenis disputatione resipuerint. Contra h̄s autem agit Author tum hoc cap. tum infra c. 51. & sequitibus, & propterea c. 22. definit Animam immortalem.

39. alij plusquam immortalem adfimant.] Hic haud dubie eos notat hereticos, qui Animam ex substantia Dei adserebat, immo Dei partem dicebant, in hoc Zēnonem fecuti (si Epiphano creditur her. s.) & reliquos Stoicos, qui vnam Deitatem in multas particabant substantias, solē, lunam, Animam, sydera, & alia. Quod pertinet etiam illud suprà Tom. 1. lib. de Testim. Animæ, cap. 1. seu diuinæ & aeternæ res es secundum plures Philosophos, & illud Apolog. cap. 47. de anima statu, quam alij diuinam & aeternam. Contra quam heres in quum Māthēorūm effet, frequentiss. disputat B. August. etiam Priscillianistis eam adscribēt, quomodo etiam predictis omnibus B. Hier. epist. ad Marcell. & Encycliam. Sunt & qui Corporati adscribunt, verum de eo latius infra cap. 24. Gnostici certè, quorum ipse caput, plerique omnes adscribunt. Contra hos agit c. proximo, dum doct. & cap. 22. definit, non innatam esse, sed natam Animam ex flato Dei.

40. alij de substantia.] Eos intelligit, qui disceptant de substantia Animæ, an ut etiam est dicto 1. cap. lib. de Testim. Animæ) numeris seu atomis concinnetur; an verè iuxta alios: ex igni, aqua, aere, sanguine, lumine, aut quinta quadam substantia; denique: corporalis, an incorporalis. Nam de omnibus his agit cap. 5. 6. 7. & 8. & in definitione Animæ, c. 22. addit, quanquam non recte: corporalem.

41. alij de forma.] Hic eos qui de effigie Animæ disceptant, & longitude, non latitudine eius, sublimitate, & colore; de quibus tractatur infra c. 9. & in definitione Animæ, cap. 22. cum etiam perperam addit: effigiatam.

42. alij de vnaquaque dispositione Animæ disceptant.] Ei erant tum qui dicerent: Animam & Spiritum vnum esse; contra quos cap. 10. & 11. aut non separari animum & animam, ut cap. 12. & 13. tum qui in plures Animam partes, non solum vires ac potentias distinguebant, de quibus cap. 14. aut qui Hegemonicon in Animam negabant, contra quos cap. 15. aut in plura quam rationale & irrationale Animam partebant, de quibus cap. 16. Item qui quinque sensibus fide abrogabat, & proinde Animæ solum intellectum, non etiam sensum attribuebant, aut intellectum non semper Animæ inesse dicebant, de quibus cap. 17. 18. 19. denique etiam eos qui aut pro varietate ingeniorum non vero liberi arbitrij, contra quos cap. 20. aut pro materia diuersa, animali, materiali, & spirituali, sicuti Valentianiani, non vniiformem, sed multiformem Animam audebant adserere. Aduersum quos omnes Author definit cap. 22. Animam substantiam simplicem, de suo patientem, varie procedentem, liberaam arbitrij, accidentis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem.

43. hic statum eius aliundē ducunt.] Hic pertinet illud dict. lib. de Testim. Animæ, cap. 1. seu de cōcio

exciperis, seu de terra cōciperis, seu cum corpore incēperis, seu post corpus induceris. Intellige ut que eos, contra quos agit infra c. 23. & 24. Sarurum, Carpocratem, Apellem, ac Valentianos hereticos, quorum (inquit) omnium Plato condimentarium, qui de cœli Animam deferebat; item enī quibus cap. 25. ac 26. qui effuso iam partu secundum Stoicos Animam extrinsecus imprimi dicebāt; de qua re sententiam suam exprimens, quamquam non verisimilem, definit Animam cap. 22. ex una reditatem, scilicet latius explicat cap. 27.

44. hic exutum aliorum abducunt.] Eiusdem hie subindicat, qui cū Platone ex mortuis viros tibi dicebant, contra quos c. 28. 29. 30. atque adeo de ceteris psychofin Pythagoricā introducebāt, aut Memotatosin Empedoclis; aduersum quis aperientur c. 32. 33. De qua postrema, suprà quoque lib. de Testim. dom. c. 4. Opinio Christiana honestior multithagorica, qua te non in bestias transformari has enim absurditates quamproxime etiam accipitreticos Simones. Magum: & Carpocratem, aut Author c. 34. ac 35. Suam vero sententiam cōculunt, quam quedam alia aliquot capitibus ad Animam nentia interfuerit c. 51. ac sequ. ad finē vñque latius quod paucis dixerat, loco iam citato Animam clausam. Adfirmamus te manere post vita dispensatione & expectare diū iudicij; prōque meritis ciuitati destinari, aut refrigerio, vñque tempore.

45. prout aut Platonis honor.] Adhuc penultimum error pertinet de Animā ē cōducta. Cur autem honor ei adscribitur, non iacio nescio, quam quid dinimū à plerisq; appellat pūnitatis cognitionem. De cuius variis opinionibus in quentissimū tum hoc libro, tum libris adver. Mag. Cuī etiam sententia de mundo videtur q̄ sepius lib. de Pallio, cap. 2. num. 19. & de Deo, in Apolog. 46. num. 577. vñ etiam quid angelos non sunt Apolog. cap. 22. num. 343. Item decimū falso, q̄ superbi Platoni thorū, lib. de Pall. cap. 4. n. 8. & 9. & leg. c. 46. n. 582. ibidem etiam quid à Diemij iudicūt, num. 586. Denique de nouis insulis à Platonis bratis, quas nunc Americas dicimus, l. de Pali. 2. & Apolog. cap. 40. num. 528.

46. aut Zenonis vigor.] Ex hinc huius, atq; dicitur scholis desumpta erat coram sententiā, quia quād immortalem Animā dicebant. Cui vigor tribui videtur ob ingenij substitutacōnisi qui manegi debere; nam pr̄a ceteris Stoici rigidi, sicut & his cap. 5. latius.

47. aut Aristotelis tenor.] Ex hinc huius, atq; dicitur qui de vnaquaque dispositione Animæ discep tam dicti sunt. Cui tenor competit ob equidistantiis scribendo, quā ubique eandem seruat. Atq; huiusq; mata varia infra non semel etiam explicitantur.

48. aut Epicuri stupor.] Ab his matutis fāciūt errorē, ut iam dictum est, qui immortalem Animam negant. Et prōinde recte stupor eidem adseritur, q̄ eius sententia, aliarūque eius opinionum faciem expiditatem: vñque adeo ut etiam Deum habeat comp̄ret, ut supra adnotatum est. aduers. Valentian. cap. num. 61. Cuius varia etiam alias opiniones infra sepe est. Aliiquid etiam de illo adrigimus Tom. 1. cap. 49. num. 569. Apologici.

49. aut Heracliti mortor.] Heracliti longior petua omnibus note sunt, atque adeo & mortor. Atq;

ab hoc puto, mutuatos suam sententiam, qui de substantia Anim q̄ disceperant, quippe qui sibi non confer, modo docens Animam ex igne, uti infra cap. 5. modo ex aere, secundum Auctorem cap. 9. denique nihil certi definitis, ut supra cap. 2. num. 33.

50. aut furore Empedoclis.] De furore Empedoclis, quo se in Athinam, uti Deus haberetur, precipitauit, supra Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 4. na. 83. Apolog. cap. 50. num. 621. & Tom. 2. lib. ad Martyr. cap. 4. num. 50. quo adiudicat etiam infra Auctor cap. 32. his verbis: Empedocles quis se Deum delirarat. Vbi habes eius errorum de Animarum in bestiis ut teoropatae, quem hic postremo loco paulo ante commemorauit; & alius etiam pluribus locis varius reperi est eius sententia.

51. diuina doctrina ex Iudea, &c.] Adiudicat ad illud Isa. 2. Ex Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.

52. Erravit & Christus pescatores, &c. ad præconium emittens.] Hic vero ad illud: Venite, faciam vos fieri pescatores hominum, Marth. 4.

CAP. IIII.

53. Post definitionem census, questionem status patitur, &c.] Caput hoc antea secundum in edit. excuso, quod nunc distinximus in III. V. VI. VII. & VIII. ad maiorem distinctionem) institulabatur hoc unico titulo: DE SVBSTANTIA ANIMA, & an corporaliter pro quo in textu omisso (nam sufficit hic mentionem fieri) singulis capitibus nouos titulos: huic vero huic datus: Quod innata non sit Anima; Idque eo magis, quod Gagauus haberet similem: De innata Anima. Nam si uiam adseritionem pluribus non probat Auctor, quid ex Dei statu Anima professa (de quo librum peculiariter scriptum ab eo supra diximus num. 2.) iniunxit ei deputamus.

54. Hoc Plato excludit, &c.] Initium nempe Anima. Ipse enim in Phadro, de immortalitate Anima disputatione, quemadmodum à Cicero translatus est Tuscul. quest. lib. 1. & de Rep. lib. 6. sic inquit: Si uia est ex omnibus Anima que se ipsam moveat, (atque adeo principium motu sibi ipse sit) neque nata certe est, & aeterna est. Neque enim esset id principium, quod orretur aliunde.

55. Et natam autem docemus, & factam, &c.] Non alio argumento quam fiduci nostra depellit hæc Philosophi opinionem. Auctor, quippe qui ex verbis scripture paulanice citatis, & alii infra adductis cap. 11. Animan factam pronunciat. Ne foris autem aliquis Platonicus replicet: factam quidem dici, non natam: doceat (uti paulop̄ loquitur) & facturam pro nasci ponit. Ita enim proflus lego, pro eo quod erat: pro inesse. Id enim coniunctam verba sequentia: siquidem omne quod quoque modo accipit esse, generatur.

56. habent aliquando & passim uitatis commercia,] Passim utas hic paulo alter accipit quām supr. aduers. Hermog. cap. 41. utpote pro: communione; ac si dicat. Differentias aliquando suis locis & temporibus ita inter se communicant, ut nihil inter se differant: eadem significacione, qua passim ceteris, infra dixit sub finem lib. de Car. Christi, ubi de eo latius.

57. Sic & Plato vtiatur.] Videtur adiudicare ad illud Platonis in Sophista, siue de Ente: Quoties quod antes non erat, in esse quis deinde producit; quod agit, facere; quod agitur, fieri dicimus. Summatim itaque effectricem facultatem denominemus.

CAP. V.

58. Accerserit Eubulum aliquem, &c.] Tenui

huic capiti damus: Quod plures Philosophi corpus Anima vindicarent. Atque Eubuli nulla in Philosophorum Catalogo mentio apud Diogenem Laertium; memorat interim quandam Eubulum, cuius seruus fuerit Hermias ille, postmodum tyranus, ab Aristotele interfactus. Sed magis ad institutionem est, quod sub finibus libri 9. scribit: Pyrrhonius Helenensis Philosophi discipulus fuisse inter reliquos Euphranorem Seleucium, quem Eubulus Alexandrinus audiuerit, cuius auditor Proloemus. Eum verò Sarpedo & Heraclides audiuerat, porro Heraclidem Antedemus.

59. & Critolaum.] Critolaui meminit Cicero Tuscul. quest. lib. 5. quem unum fuisse adnotauit ibi Berwaldus ex tribus Philosophis una legatione ab Atheniensibus Romanis missis, etiam addens Peripateticū illum fuisse. Fit etiam hic paulop̄ mentio Critolaui Peripateticū. Quomodo autem ibi de illis loquatur qui anima corporeus vindicabant, hic vero de iis qui anima corpulentiam auferunt; ego de duobus diversis loqui Autorem existimo. Quod vel hinc sit verisimile, quod quendam Critolaum scribat Mar. Ficinus (nifallor, Theolog. sua de immort. Anima) sensisse Anima esse in statu purissimo incorpoream; alter vero ille Critolaus Peripateticus, Tertull. teste, illam effingit ex quinta nescio Qua substantia: de quo ibi latuit.

60. & Xenocratem.] Xenocratii Chalcedonio Platone discipulo adscribunt Aristoteles lib. 1. de Anima. cap. 2. & 4. & Plutarch. l. de Procreat. quod Anima numerum alterit, figuram & corpus esse negant; quorum prius impugnat, posterior adprobat Aristoteles. Cicero vero Academ. question. lib. 4. apertius de illo sic scribit: An ut Xenocrates nullo corpore. Sed de eo plura infra num. 189. Et vero argumentum eius adserit Nemesius, scilicet potius B. Gregor. Nyssen lib. Philo. 2. qui est de Anima, cap. 1. Id enim opus Nyssen adscribendum, vel inde patet, quod ex eo ad verbum multa defūmpserint B. Basilii in Hexameron, Helias Cretensis & Damascenus & nominatio etiam illi adscribant iam olim B. Thomas Aquinas in Summa Theologica, & Albertus Magni. libris de mirabili scientia Dei & de homine; maxime quoniam non modo Irenaeus, sed & nos malis in locis volumen hoc de imagine & conditione hominis inscriptum Nysseno repererimus.

61. & isto in loco amicum Platonis.] Quam in multis aliis dissentiant Plato & Aristoteles, certe contentientes de Anima incorporea. De locis Aristotelis mox dicetur. Platonis vero, preter alios complures manifestiores videntur in Timo, lib. 10. de l. Epinomide sub med. & Axiocho, alijs de morte, siue ipse sit, siue ut alij volunt, predicit Xenocratii, cuius verda compendij gratia omittimus, quum partim eius, partim Platonicorum aliorum argumenta recensentur sequ. & 8. cap. quibus probat, non modo immortalem & incorruptibilem, sed etiam incorporam; ut etiam repetit denio cap. 24. & idipsum adscribunt Platoni omnes. Nominatio Claudioianus lib. 2. de Statu Anima contra Faustum, cap. 8. ubi Platonem dicit id adserere in Phaedo, Hipparch., Lachete, Protagora, Symposio, Alcibiade, Gorgia, Cratone, & Timo.

62. Aristotelem fortasse.] Loci Aristotelis sunt lib. 1. de Anima, cap. 3. & 4. sed apertiss. c. 5. Nam quam Anima (inquit) sit in omnibus que sentiunt, necesse est in eodem esse corpora, si Anima quoddam corpus; quod argumentum Chrysippi nomine etiam Auctor commemorat sequent. cap. Quod ipsum repetit Aristoteles lib. 2.

ILLIANO
ut in anibus

cap. 1. & 2. Cur autem addat fortalē in causa est, quod est iuxta quod Cicero etiam commemorat Tuscul. quest. l. 1. & B. Gregor. Nyssen. ubi supra) Animam, quintam quandam naturam, quam Entelechiam vocabat, faceret; de quo latius partim paulopost num. 72. partim infra l. 3. ad illud: & Entelechia Aristotelis.

63. An exstrentur magis ad auferēdam Animā corpulentiam? Prater iam numeratos, qui copulentiam Animā auferunt, enumerantur ab Aristotele, Cicerone, Plutarchō, & B. Gregor. Nyssen. ubi supra. Thales, qui Animam irrequietam seu semper mobilem dixit; Pythagoras, qui numerum; Dicarthus, qui harmoniam; & Asclepiades, qui sensuum exercitamentum. His addendum Heraclitus Ponticus, qui iuxta quod Autor etiam agnoscit cap. 9. lumen Animam dixit. Alij item, qui iuxta Iustinum Martyr. Apolog. 1. & Lactant. de Opific. Dei, cap. 17. Animam ventum dixerunt; de quibus infra cap. 11.

64. qui eam de manifestis corporalibus effingunt. Prater eos qui hic recitantur, etiam habes infra, cap. 9. Enedidemnum, Anaximenem, & secundum quosdam Heraclitum: iuxta quos sit aet substantia Animæ. Quibus addunt Macrobius. & Aristoteles l. de Animæ, cap. 2. etiam Diogenes, & Plutarchus Anazarceos. Item Aristoteles, Plutarchus & Nemesius Democritum; & Cicer. Tuscul. quest. l. 1. Zenonem cum aliis Stoicis, qui ignem Animam dixerunt. Apud Plutarchum idem sensisse etiam dicitur Parmenides, qui ex terra & igne; Xenophanes, qui ex terra & aqua; denique Empedocles, qui ex quatuor elementis eam effingit; qui etiam plerique recensentur à Macrobo in Somnium Scipion. l. 1. cap. 4. Qui interim, contra quam Autor hie noster, concludit. Obtinuit tamen de Animæ incorpore sententia.

65. ut Hipparchus.] Hipparchus ex igne Animam adtribuit etiam Macrob. ubi supra, & Beroaldus in Cicer. Tuscul. quest. Differit nonnullus Plinius lib. 2. nat. hist. cap. 26. Hipparchus (inquit) numquam satie laudatus, ut quo nemo magis adprobauerit cognitionem cum homine syderum, animaisque nostras partem esse cœli dixit.

66. & Heraclitus ex igni.] Eadem, vti modo diēum est, infra cap. 9. ex aere Animam adtribuit secundum quod illam. Autor hic videtur secutus regulâ illam Aristotelis ubi supra: Alij (inquit) ut de principiis senserunt, ita & de Animâ sentiunt; quum itaque principium omnium & Deum ipsum (uti etiam Autor supra Apolog. cap. 47. adserit, & infra lib. 1. aduers. Marc.) ignem dixerit, etiam idipsum de Animâ illi adtribuit. Videtur accedere quamproximè Macrobios, iuxta quem Animam scintiam stellaris essentia dixit. Quid? quod etiam aliorum sententia in idipsum recidet, si evaporationem, quam alijs illi adtribuerunt, calidam & siccac intellecterimus. Vide rursus de Heraclito aliquid infra num. 119. & 189.

67. ut Hippo.] Hipponi ex aqua Animam, adtribuit etiam Aristoteles, Macrobios, B. Gregorius Nyssen. & Beroaldus ubi supra.

68. & Thales ex aqua.] Iterum hic regulam illam Aristotelicam secutus est Autor, quod omnium rerum principium & Deum aqua diceret Thales, vti etiam est infra aduers. Marc. l. 1. Alij plane contrariam sententiam de Animâ incorpore (uti supra dictum est n. 63.) illi adtribuerunt, & nominatum Aristoteles Hipponis importuniorem dicit esse Thaletis opinione. Conciliari possunt interim aliquo modo hi Tuctores, quod quo argumento

Hippo colligit Animam esse aquam, eodem Thales aquam omnium rerum principium, apud Aristot. lib. Metaphys. cap. 3.

69. Empedocles.] De Empedocle, quod ex sanguine Animam dixerit, solus consentit nomen Macrobios. Aristoteles verò ex quatuor elementis emiognat sententiam. Verum etiam illorum non disponit sententia, qui, ut infra legitur c. 15. verum illi adiungit sanguine circumcordiali, ubi de hanc opinioni loco.

70. & Critias ex sanguine.] Idipsum aliter Aristoteles, Plutarchus, Macrobios, Gregorius Nyssen, Nemesius, & Beroaldus.

71. Epicurus ex atomis.] In hoc consentanei scriptores omnes; haec autem suam sententiam a Democrito & Leucippo, patet ex Aristotele & Cicerone. Adscribit idipsum Lucretio B. August. lib. de Philos. dend. cap. 1.

72. Critolaus & Peripateticus eius, ex quo nescio qua substantia, &c.] Solus de Critolaus sentit Macrobios: Critolaus (inquit) Peripateticus quinta quadam essentia: quan doquidem inter aristotelos, Cicerone teste, quantum quandoque nata Animam dixerit, cuius discipuli Peripateticis istud adscribuntur. Quia tamen etiam non dispatia supra num. 62. & infra latius cap. 32. non solum Entelechia Aristotelis, atque adeo etiam Corporeas fuerit, rectè addit Autor: si & illa quo quia corpora includit.

73. Sed etiam Stoicos adlego, qui spiritus dicantes animam penè nobiscum, &c. tamen nonAnimam, &c.] Hanc absimiliter Gregorius ubi supra: Omnis Stoicorum turba corpus anima enuntiant, spiritum calidum & ignem & anima quorum posterius hoc etiam alijs plerique illi adiungunt. Facit pro eadem sententia quod Autor supra cap. 47. dicat: Stoicos Deum corporale admittunt, atque adeo etiam Animam.

74. Denique Zeno constitutum spiritum habentes Animam, &c.] A Laertio infra sic sententiam spiritum, adtribuitur Zenoni; ab aliis aperte pro corpori concretus. Vide plura de isto Zenone, nempe Apolog. cap. 21. num. 31. & lib. de Pal. num. 99. de Zenone Eleate, Apol. cap. 30. num. 1. Meminit etiam Apolog. cap. 46. num. 38. Zenon qui tyrannidem adscelarit apud Priene, sed ultro referatur, incertum est. Ad Cittatum vero etiam non, quod habet Autor supra l. de Prodig. ibi vel c. 7. num. 43. & infra lib. ad Marcion. 1. vbi Zenon attribuit, quod Deum aërem & aetherem dixerit.

75. Vult & Cleanthes.] Similiter infra lib. cap. 2. 5. Vnde ore te, similitudine Animæ quae parentibus de ingenis respondemus, secundum Cleanthes testimonium. Verum refutatur ista, quod ex particularibus universalia non probantur organa. Nyssen lib. 2. de Philosoph. cap. 2. vñfitem penit. adiutoriis verbis. Ex quo adeo supponendum est, quod habentur omisit Tertullianus: Corpora autem est similitudo & similitudo, non incorpore; corpora igitur est. Animæ dem verò etiam argumento vñfite fuit Panaceus Cicerus, consequens; verum refutat Marcellus Faustus, lib. 10. cap. 8. Acqui de Cleanthe sapientia alijs diximus Tom. I. Apolog. c. 21. num. 312. eam etiam secundum Lactantius lib. 1. c. 5. & l. 3. c. 18. & Clement. Alexand. l. 6. strom. Zenonis disceptulum facit prætextum Lærtius, quod plura de eis inveniret Lærtius. 76. Iam

76. Item corporalium & incorporalium, &c.] Hoc quoque argumentum Cleanthi adtribuit, & refutat supra Gregor. Nyss. dicens: In adsumptu alteram partem falsitatem ipse continere, que corpori nullum incorporeum compatit dicit.

77. Sed & Chrysippus manū ei porrigit, &c.] Etiam istud Chrysippi argumentum adducit, & confutat ibidem Gregor. Nyss. Alterum eiusdem argumentum sub finem eius, sequitur Auctor, de quo ibi: & quodam etiam ex eodem c. 13. Fit eiusdem mentio tamquam insignis Philosophi, c. 31. De altera Chrysippi sententia, qua demona illudebat, vide Adnot. in duas Tomo 1. lib. de Testim. Animæ, cap. 3. num. 11. De eodem scribit ex Cicerone Laetantius lib. 7. cap. 23. quod fulcierit particum Socratorem, Dialecticum interim potius, quam Philosophum fuisse, indicat Clemens Alexandr. Strom. lib. 7. quod confirmat Laertius, qui Zenonis & Cleathis discipulum faciens, libros Logicos eius enumerat 310. alibi interim citans Physicorum, seu Naturalium questionum libros. Parro de Chrysippo medico vide infra num. 203.

78. Vnde & Lucretius, &c.] Vixi est Lucretij lib. 1. de rerum natura (vti etiam ante me adnotauit Laertius) pag. 10. linea 24. quem rursum citat Auctor infra lib. 4. adversus Marc. Huic B. Augusti lib. de Utilitatibus. credet. cap. 1. adtribuit, quod ex atomis, sicut Epicurus, Animam constare dixerit. Nec mirum. Epicurus enim sicut omnia (inquit Laertius lib. de Opificiis, Dei, cap. 6.) quae deliria Lucretius; qui etiam latiss. contra Lucretij de Anima corpora sententiam disputat lib. 7. dissinat. Infinit. ipsa. Legimus autem omnino: quae nisi corporalis corpora non derelinqueret, pro: derelinquet.

Cap. VI.

79. Hec Platonici subtilitate, &c.] Caput hoc inscriptum: De argumentis Platoniconibus, quibus incorporalem Animam probat, que in alteram partem propensior Auctor, solvere nescit, sed frustri, quam pleraque illi omnino concludere, etiam ante nos adnotauit Gregor. Nyss. vbi sapientia cap. 1.

80. Omne, inquit, corpus, &c.] Argumentum hoc Ammonio Plotini ac Nemenij praceptoris adscribit Nyss. nec absunt Plotinus Ennead. 4. lib. 7. cap. 2. quamquam paulo alias verbis. Edem ferè pertinet quod ex Platone in Phaedro ad hanc sententiam citat Clodianus l. 2. de Statu. Animæ, cap. 87. contra Faustum: Animæ semper a se pœna mouetur, corpus autem per se non mouetur, ergo Animæ non est corpus.

81. Ostendimus autem suprà moueri Animam, &c.] Ne sit ad quem locum adludat, nisi ad id quod obſcurius dicitur, id aliquem motum secundum naturam, aut extimum, si non secundum naturam; aperte aliqui non recitant, quod Animæ vaticinatur aut furi. Legi autem etiam hic: singillario motu, quemadmodum sapientia lib. adu. Valent. c. 18. n. 2. 25.

82. Corporalium, aiunt, rerum qualitates, vt terra, &c.] Propterea sic legendum, pro: vt terra; & mox: per corporales renuntiari sensus, pro: sensus, quod erat in edit. Lugdunensi; quia præcedit, corporalibus sensibus renuntiari. Hoc autem etiam elegantiss. habetur apud Plotinum lib. 7. Ennead. 4. cap. 8. unde desumptum videtur Tertulliana. Posit etiam idem argumentum colligi ex Arisoph. lib. 1. de Animæ, cap. 5. Argui de præteritis formula: Gradum definitionis excludere, vide infra Prolegomena; sicut etiam de illa, que paulo post subiungitur. Sed nec hic gradus stabit.

83. De insignioribus argumentationibus, &c.]

Habet etiam hanc argumentationem Gregor. Nyssen. pro Anima incorporeâ, ex Ammonio. Haud abſimiliter Marsilius Ficinus Theol. Platon. lib. 8. cap. 2. Animam pacis incorporeâ & eterna veritate, & prouide incorpoream esse. Quod ipsum iam olim ex Gregorio Nazianzeno citauit Clodianus lib. 2. de Statu. Animæ, cap. 9.

84. Sorano Methodice medicinæ instructiss. auctore.] Sorani iterum meminit Auctor infra c. 8. & 14. 15. 25. ac 44. Hic autem addit, quod plenissime super Anima commentatus fit quatuor voluminibus. Meminit eiusdem B. Cypr. epib. 76. ad Magnum; Ephesium vero medicum fuisse scribit Suidas, qui Rome claruerit Traiani & Adriani temporibus: qui etiam resens alterum Soranum medicum iunivrem.

85. sed nemo vñquam cunctanti de exitu Anima, &c.] Idem est ac si dicat: quod nemo Sorano dubitanti de immortalitate Anima, argumentis ex Platone aut Aristotele sumptis, id illi persuaderi natus sit; quamquam interim de sententia Aristotelis ipse Auctor, sicut & alii plerique, ut & sentiant, vti latius sub initium lib. de Rerum carnis, num. 23. De ipsis prouerbialibus formulis: aquam mulsum infundere, & micas infarcire, latius in Prolegomenis. Legimus autem cum Latinis: de minutiloquio Aristotelis infestis, pro: interis. Rectius etiam Gelenius: de minutiloquio Aristotelis, quam Gagnus: multiloquio; quia opponit illud eloquio, id est: eloquentia Platonis.

86. rupicum & barbarorum, quibus alimenta sapientiae defunt.] Sequentibus verbis, quid rupicum nomine intelligat, Auctor explicat; sicut etiam supra Tom. I. lib. de Pallio, cap. 4. Chironem appellat: rupicem & sylicolam; ac Apolog. cap. 21. rupices, & adhuc feros homines. Handasbie inde dictos, quod in rupibus habitatent.

87. quia nec opimiores anima efficiunt, &c.] Marsilius Ficinus l. 8. Philos. Platon. cap. 2. istud retrahit contra eos, qui dicebant Anima aliis corporibus; quia alioquin (inquit) sicuti corpus, ita & Anima opimior redderetur.

88. & artes Stoici corporales adfirmant.] Quare rat curiosus Lector Auctores, qui istud Stoicis adscribunt.

89. Sic Thales in puteum, &c.] De Thalete sapientia vide Adnot. nostras Apolog. cap. 46. num. 576. & huic lib. præced. num. 68. Verumtamen tum de hoc prouerbio, tum de illo: Chrysippus ad elieborum, latius in Prolegomenis.

90. quum duo in unum corpora negavit.] Eodem argumento vitius Aristoteles, vt Anima incorpoream probet lib. 1. de Animæ, cap. 25. aduersus Empedoclem, qui eam ex elementis componerat; & similiter Plotinum loco citato. Legimus autem cum Gagnos (secundum quod etiam Latinus admonuit) sed & bina & terrena; pro eo quod irreperat mendosiss. terrena; item: perferunt, pro: præferunt.

91. Inuenimus etiam in Iure ciuili Graeca quædam quinionem enixa filiorum.] Sicuti hic: quiniones filiorum, sic infra cap. 46. quiniones voluminum dixit Auctor. Argui de hoc sic legitur (vti me admonuerunt Franciscus Baldunus & Latinus) Tit. si pars hereditatis, Digest. l. 5. lege 3. Tradidere non leues Auctores, quinque quaternos enixa Peloponensem. Ad quem quidem locum adhucisse Auctor non videtur, quam nondum in ius ciuile relatum esset illud Paulus Iure consulti Auctori coetanei responsum; non tamen præterea omitti debet (vbi ille censuit) illud in iure ciuili.

ILLAN^o
uti anibus

Nam, preterquam quod notum est ex Caio Iureconsulto D. l. i. Tit. 2. leg. 1. ius ciuile iam multis seculis ante Tertullianum eam nuncupationem sortitam fuisse, (unde ius ciuile Papyriatum & Elianum, etiam ante leges xij. Tabularum, & illud quod Q. Mucio tributur, qui prius illud in libros 18. dicens) etiam responsum prudentum ius ciuile nuncupabantur; & vero illud Iulij Pauli responsum modo citatum, desumptum constat ex l. 17. ad Plantum, siue ex Plaues; qui Tertullianum handubie praecepit, ut patet sub Adriano Imperatore. Neque verò nouissimis esse Auctori, ius ciuile citare, patet sappra Tom. 2. lib. 2. ad Vxorem, num. 51. 52. & 62. libro de Relandis virginibus, cap. II. num. 100. & hoc ipsis libro infra c. 38. num. 442. Porro ibi: vniuersa conditio restabitur accipitur more Tertullianico conditio, pro creatura. Ceterum ex hoc Tertull. loco putarim castigandam dictam legem, ut legatur: quinos querat, pro: quinque quatuor; & similiter apud Plin. l. 7. cap. 3. pro eo, quod vulgo legitur: binos querat.

CAP. VII.

92. Quantum ad Philos. satis haec, &c.] Titulum hinc capiti damus: Quod etiam apud Christianos Animam corporalem esse videatur. Verum etiam hoc caput ad paradoxam Tertulliani pertinet, de quibus inter Pragomena.

93. Doler apud inferos Animam cuiusdam, &c.] Hunc locum citat Auctor infra lib. de Resarr. carnis: cap. 17. Nos autem (inquit) animam corporalem & hic profitemur, & in suo volumine probamus, habentem proprium genus substantiae, soliditatis, per quam quid & sentire & pati possit. Nam & nunc animas torqueri, foueriique penes inferos, licet nudas, licet adhuc exsules carnis, probauit Lazar exemplum. Id ipsum vero repetit infra cap. 9. Sic & diuiti (inquit) apud inferos lingua est, & pauperi digitus, & sinus Abraham. Verum ex hac scriptura Luc. 16. de Lazaro, non concludit Animam esse corpoream, late deducit B. August. lib. 4. de Anim. Et eius origine ad Vincentium Vxorem, qui in eodem quod aucti lato barebat; & post eum Claudianus lib. 3. de Statu Anim. cap. 9. adu. Faustum; adserentes, membra haec Animae, non corporaliter, sed spiritualiter intelligenda. Quomodo etiam illa membra interpretatur B. Gregor. Nyssen. lib. de Animae & resurr.

94. & quid illie Lazarus nomen, si non in veritate res est?] Isto argumento vtuntur, qui historiam hoc esse putant, non parabolam, inter quos Euthymius etiam nomen diutius adlegat ex traditione Hebreorum; verum potest vera esse historia, nec propter ea proprie debent accepti oculi, lingua, digitus. Hinc & Epiphanius modo parabolam, modo historiam nuncupat. At B. Iustinus Martyr lib. quest. & respon. qu. 9. neque parabolam esse, neque historiam, sed mixtum quid.

95. Ad quod & Christus moriendo descendit, &c.] De hoc etiam latius infra cap. 55. Et autem obseruantur illud: si nihil Anima detinet sub terris; & legendum quidem videatur prima facie: Animam, nisi adiceretur: Nihil enim si non corpus, atque adeo magis videatur legendum, detinetur; sed neutrum adhuc satisfacit.

96. Nihil enim si non corpus.] Ad hunc locum adiudicat B. August. lib. 10. de Gen. ad litt. Tertullianus (inquit) non ob aliud corpus esse Animam credidit, nisi quod eam incorpoream credere non potuerit; & ideo timuit ne nihil esset, si corpus non esset. Et ruis suu sub finem

cisdem libri: Quis hunc crederet cum isto corde tan-
tum esse potuisse; sed tremenda sunt ista, non ridenda; sed
hoc enim numquam cogereatur, si aliquid cogitaret pse,

quod sit, & quod corpus non sit.

97. Redda de isto plenius & opportunius, &c.] Adiudicat ad cap. infra 51. 52. 53. 54. & 58. ubi agitum de excessis & receptis Animarum post hanc vitam, inde morte siue solatio eorumdem in diuina infirmitate, in signe, aut in sinu Abraham.

98. Inquit enim omne corporeum pse
ibile est, &c.] Istud egregie refutat B. August. loc. 10. praeceps statim post verba praecedentia: Qui sane quoniam acutus est, interdum contra opinionem ipsius
sa veritate superatur. Quid enim verius dicere posse
quam id quod ait quodam loco: omnem, sic enim legem
esse corporeum, passibile est? Debuit ergo mutuam
tentiam, qua alibi dixerat: etiam Deum corporeum
Neque enim arbitror eum ita despisse, ut etiam Deum
turam passibilem crederet.

CAP. VIII.

99. Abruptum alioquin & absurdum, &c.] Scriptioinem huic capiti damus: De aliis argumentis quibus Animam probabant incorporem, quamquam pleraque minus efficacia, non tamquam
refellere ea potuit Auctor, qui ex propostis videt
esse alia que magis concinnant.

100. quia ceteris corporalibus exemplis
adaequat.] Huc pertinet quod Plotinus ubi in
Aristot. lib. 1. de Anim. cap. 5. Animam de compo-
sitione censu admittit (uti verba Auctoris) ut
ad affectionibus corporum elementarum exempli
potest non rara vel densa, calida, frigida, alba, nigra,
aspera.

101. Siquidem & ipsis Philosophi, &c.] Ad
dem Empedoclis amicitiam & inimicitiam
dit Athenagor. Orat. pro Christ. qui dicit: Si quod
nisi possint contrarium quidquam esse Dio, venient
citicia contentionem secundum Empedocli
qua eius opinione vide Laertium.

102. quia digressa ea, grauiora efficientia
pora defunctorum, &c.] Istud argumentum hinc
apud Platonicos reperire non licuit, sed neque nego-
menti est.

103. Ceterum etsi inuisibilis Anima, &c.] De hoc
argumentationem ipse sigerit Plato, sum in Epipli-
num maximè in Phadone, siue de Anima: quoniam
dicit visibile, Animam inuisibilem.

104. Solem noctis oculis nesciant.] Isto
pertinet quod infra legitur Tom. 5. Epiph. de vita Iesu:
quando noctum interdicto lucifugis nocte
ubi de differentia noctis, babonis, & nyctemera.
Levit. cap. 11. & Deuteronom. 14.

105. aquila ita sustinet, &c.] De his pli-
hac verba lib. 10. cap. 3. Nat. hist. Halicurus (Aegypti-
nus) implumus etiamnum pullos suis percussione
cogit aduersis intueri soli radius; & si leniter acci-
temque animaduertit, precipitas è nido velum ad ter-
num & degenerem. Ad quem, more sua, adhuc in
Auctor.

106. Sic Ioannes in spiritu Dei factus, Anima
Martyrum conficit.] Similiter dicit Apol. Per illas
lineas & Animæ Martyrum sub altari intelligen-
tur. Nihil tamen faciunt loci Apol. pro anima corre-
rea. Sic etiam supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. 5. Clama-
do Dominum in visu Animæ Martyrum. Primum

autem unica voce, Martytū vertit, pro eo quod ex Greco Latine legitur Apocal. 6. Interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant, & Apocal. 20. Decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei; proprie Martyras accipiens. Verum de alia etiam eius vocis significazione, videat Lector Adnot. nostra supra Tom. 2. lib. ad Martyras, num. 1.

C. A. P. I. X.

107. Quum Animæ corpus adserimus, &c.] Titulum hic retinimus ante excusum, qui ex margine in textu irreperatur. De effigie Animæ. Pertinet intermetiam hoc caput ad paradoxam Authoris inter Prolegomena. Huc autem adludit B. Augustin. ad Quod vult Deus, his verbis: Animæ corpus tribuit Tertullianus, sed lui generis. Quod aliquo sensu verum esse posse ibidem inuitas, verbis ubi supra à nobis citatis, ne hic prolixiores simus. Atqui lego: ut hac adesse, quæ corpus ostendamus, pro: quam corpus.

108. & omnimodo debita corpulentæ, adesse Animæ, &c.] Huc rursus reficit loco postremo citato B. Augst. dum inquit: Quamvis de Animæ tale quid sentias, nempe qualia sunt omnia que propriè dicimus corpora. Eodem pertinet quid Tertulliano etiam adscribat Animæ extensem. Quantitate tamen carere docet idem lib. de Animæ quantitat. cap. 7. Pulcrè etiam istud quasi aliud agens refutat Nyssen. lib. 2. Philosoph. qui est de Animæ, cap. 1. Essentialiter ipsi Animæ, & secundum seipsum tres non adesse dimensiones (longitudinem dico & latitudinem & sublimitatem cum Tertulliano) sed secundum accidentem dumtaxat, quia videlicet in corpore sit dimensio.

109. Quid nunc quod & effigiem Animæ damus, &c.] Istud etiam Tertulliano adscribit B. Augst. quod Animam effigiatam dixerit. Hinc autem videre est, quā verum illud philosophi, uno inconvenienti dato, multa sequi.

110. Platone nolète, quasi periclitetur de Animæ immortalitate, &c.] Vide Platonem in Phaedro, ubi diversi verbis effigiei expertem & coloris Animans facit, verbis citatis a Clement. Alex. lib. 5. Stromatum.

III. Et hodie soror apud nos reuelationum chalismata fortis, &c.] Quamquam (vti supra adnotamus Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 15. num. 121.) frequentius fuerint in primordia Ecclesiæ reuelationes apud orthodoxos; quia hic præcedit: post Ioannem quoque Prophetam meruimus & consequi; certum est hic Autorem de Priscilla loqui, Montani sc̄ia: non enim verisimile est, diuina aliqua reuelatione comprobatum esse, Animam modo corporam, sed & aëri eſe coloris; Denique illud peculiare Priscille de extasi in spiritu conſefatione cum angelis & Domino, & quod quorundam corda dignofere crederetur, vti latius in vita Augustini Contra eandem enim dixit ipse ante heresim Augustin. lib. de Prescripte. aduers. heret. cap. 41. quod curationes reprobriteret, pro quo hic: medicinas defideribus sumit, aut patiūs (sicri legendum coniicio) submittit. Neque interim propterea Montano etiam adscribenda, quia hic recenset, Ecclesiastica ceremonia, quia, vti mox subiungitur, etiam aliis libris earundem meminit ante omnem errorem conscripsis.

111. in Ecclesia.] Quod Ecclesia iam tam Christiana fuerint in vī, supra à nobis comprobatum est Tomo 2. lib. de Orat. num. 1. & dicto lib. de Idololat. cap. 7. num. 29.

113. inter Dominica sollemnia.] Similiter mox post transfacta sollemnia. De qua & aliis sacrificijs Christiani periphrasibus à Tertull. vñstat, dictis nostris Adnotat. in l. de Orat. immediate post Tractatum de Ecclesiis.

114. prout scripturæ leguntur, aut Psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitio[n]es delegantur.] De his quatuor, quæ etiamnum in Ecclesiæ sacrificio vñstat sunt, vide idem paulopost Adnotat. nostras; & præterea de lectione scripturarum, Apolog. cap. 39. num. 501. de Psalmorum cantu vñde, num. 520. De petitionibus quæ Deo delegantur, n. 499. & 500. Denique ad Adlocutiones quæ proferuntur pertinet, quod frequenter in Missa iteratur a sacerdote: Dominus vobiscum; & ab Episcopo: Pax vobis; item ab episcopo frequenter: Oremus; & in Prefatione initio: Sursum corda; ac: Gratias agamus Domino Deo nostro; de quibus ibidem lib. de Orat. n. 1. & Adnot. nostris in B. Cyprian. lib. de Orat. Dominica, nn. 8j. ac lib. de Exhortat. Mart. num. 32.

115. Post transfacta sollemnia dimissa plebe.] De dimissione plebis post Missam finē, quæ dicitur: Missa est; puto me etiam nonnihil ibidem adnotasse; certè eodem adludit B. Cypr. lib. de Spel. n. 7. cùm dixit: Dimilius, & adhuc gerens secum, vt assoleret, Eucharistiam.

116. tenera & lucida & aëri coloris.] Sic omnino legendum, pro: ætherei coloris, pater ex B. Augst. sub finem lib. 10. de Gen. ad litt. qui de Tertulliano dicit: Item quum Animæ etiam colorem diceret aëreum ac lucidum, idque eo magis, quod mox etiam sequatur: Quem igitur alium estimabis Animæ colorem, quam aërem (sic lego: pro: aërum) ac lucidum? Idem etiā paradoxo adscribit Origeni B. Hieron. alicubi. Quid autem respōdet B. Augst. vide infra num. 124.

117. non vt aëris sit ipsa substantia eius, et si hoc ēnefidemo visum est.] ēnefidemi iterum fit mentio infra cap. 14. vbi ipsi quoque adscribit, quod Animæ unitatem tueatur. Et c. 5. de Animæ origine ex rigore aëris, n. 327. Supra etiam ex Laertio Animus, n. 58. quod Heraclitus fuerit discipulus ex Pyrrhonis schola, quibus adde, quod Pyrronicarum rationum libros octo ab eo conscriptis dicat.

118. & Anaximeni.] Huius adtribuunt, quod aëris sit substantia Animæ, Macrobius in Somnum Scipionis, Marci. Ficin. Theol. Plat. lib. 6. cap. 1. & Franciscus Picus lib. de Vanitate gentium, & Vices in B. Augst. lib. 11. cap. 10. vbi quorundam Philosphorum cāndem recenset sententiam. Quod adludit etiam quod infra habet Author lib. 1. aduers. Marc. Deum aërem dixit Anaximenes. Anaximātri hunc discipulum facit Suidas, etiam ipsum Milesium; cuius duo epifolia ad Pythagoram, reperiuntur apud Laertium.

119. puto secundum quodam & Heraclito.] Suprā cap. 5. dixit Heraclitum ex igni Animam effinxisse; quam opinionem præter alios Autores ibi citatos num. 66. etiam sequitur Aristot. lib. 1. Metaphys. cap. 1. Qui interim etiam cap. 2. lib. 1. de Animæ, cū Greg. Nyssen. & Plutarcho, locis supra citatis, adtribuit illi, quod exhalationem Animam dixerit; quia si pro respiratione accipiatur, vti à Lud. Vnde loco mos citato, ad hanc opinionem magis accedit. Nec mirum est de eius sententia differre Autores, quum obscuritatem Scoticum dictum supra adnotauerim cap. 2. num. 32.

120. nec vt lumen, etiā hoc placuit Pontico Heraclidi.] Ex hoc loco restitendum Macrobius in som-

LLAN^o
tū anib[us]

nium Scipionis cap. 4. (nam id ipsum narrat) & scribendum: Ponticus Heraclides, non: Heraclitus; neque enim uspiam mentio innenitur Heracliti Pontici, sed Heraclides Ponticus Philosophus, Speusippi primum, deinde Aristotelis auditor, commemoratus à Laertio; qui nominatum de Mente, de Anima, & de Natura libros ediderit, maximè quin consentiat etiam Marsilius Ficinus Theol. Plat. lib. 6. cap. 1.

121. Nam & cœmuneis gemmis, &c.] De his vide supra Tom. 2. lib. de Hab. mulieb. c. i. n. 13. Hic autem solium de eo agit genere, quod (teste Isidoro Etymol. lib. 16. c. 13.) Hispania in Lusitanie litteribus gignit, cui color ut pyropo rubenti, & qualitas, ut ignis.

122. nec beryllisideo aquosa materia, &c.] De Beryllis vide Plinii Natur. hist. l. 37. cap. 5. Videatur interim de postremo illorum hic loqui genere, qui crystallis ferè sunt similes, ex verbo illis: quod huc tuent colato nitore, id est, purgatissimo nitore, per Metaphorans.

123. & velut in forma gelasse.] Vide latius infra sub finem c. 23. de hoc paradoxo.

124. Hic erit homo interior, &c.] Etiam hunc locum citat B. Augustinus ubi supra, lib. 10. de Gen. ad litt. cap. 25. ex quo reposuit: & in somnis fungitur, pro: in somnis, maximè quam ibidem subiungat: Ecce (inquit) quibus auribus & quibus oculis debuit audire & videre Deum populus, quibus Anima in somnis fungitur, quam si ipsum Tertullianum quisquā videret in somnis, numquam se diceret ab eo visum, & cum eo locutum, quem vici sim ipsius nos vidisset. Postremo si Anima seipsum videret in somnis, quam iacentibus utique uno in loco membris corporis suis, ipsa per varias imagines evagatur quas videret, quis eam aliquid videt in somnis (ita tacite redargiens paradoxum, de quo supra num. 116.) aërei coloris aut lucidi, nisi forte ut cetera, que similiter falso videt? nam & hoc potest videre. Sed absit, ut cam talem, quam euigilauerit, credat. Alioquin, quando se aliter videret, quod magis crebrum est, aut mistata erit Anima eius; aut nec tunc Anima videret substantia, sed imago corporis incorpore, qua modo sicut in cogitatione formatur. Quis enim Ethiopia non pene semper nigrum se videt in somnis, aut si in alio colore se videt, non magis miratus est, si sicut cum illo memoria aëreo tamen colore aut lucido, nescio virtus se unquam vidisset, si istam numquā legisset vel audisset.

C A P . X.

125. Pertinet ad statum fidei, simplicem Animam determinare, &c.] Etiam hic veterem titulum retinendum purum: Vnum esse Animam & spiritum. In quo Autori consensit B. August. lib. de fide & symb. cap. 10. & apertius Author lib. de Dogn. Eccles. inter illius opera, cap. 19. & 20. Non est (inquit) tertius in substantia hominis spiritus sicut Didymus contendit, sed spiritus ipsa est Anima, quae (id enim haud dubie addi debet) pro spirituali natura, vel pro eo quod spiritus in corpore, spiritus appellatur; Anima vero, ex eo, quod ad vivendum & ad vivificandum animet corpus. Deinde ad tacitam illius obiectiōnē respondens: Tertium vero (inquit) qui ab Apostolo (quomodo etiam intelligendus venit D. Iren. lib. 5. cap. 6.) cum corpore & anima inducitur, spiritum, gratiam & spiritus intelligimus. Quae ipsa verba quum repeatet Author libri de Spiritu & Anima c. 9. vel inde constat, Augustini non esse, sed potius, ut Thymenius censem, Hugo & S. Victore. Atqui: ad statum fidei pertinere iudicat, eo quod ad confirmandam fi-

dem nostram pertineat; nam & ex Genes. sequitur, Spiritum & Animam eadem esse.

126. secundum Platonem.] Ita istud intelligendum, quod Plato simplicem Animam determinavit, eo quod senserit, non compostam ex Spiritu & Anima, ut enim ex Timotheo clarè constat, confundit respirationem cum perspiratione.

127. Quidam enim volunt, &c.] Arguit autem Aristotelem lib. de Respirat. cap. 1. Hippocratis, qui nos omnibus animalibus respirationem considerat, quorums proinde sententia, diversa erant Spiritus & Anima.

128. eo quod nō habent organa spirantes, & arterias.] Primum, de non habentibus mones, refert Aristoteles cap. 4. lib. de Respir. &c., part. animal. cap. 6. vii & Galenus de partibus lib. 6. cap. 9. ad insecta qualia hic, & rufum c. 12. merantur: culices, formicæ, & tinea; pisces, quibus arterias deesse vult, id est interna fistulas (uti Plinius describit lib. 1. cap. 37.) ad pulmonem & cor percussiones. Cui etiam fatus ibi dicitur, consensit, dicens pauca pulmonem habere aquilæ, ibide sub finem cap. decessit arterias molles (Plinius). Cui tamen contrarium tueretur ipse idem Plinius, lib. 9. cap. 7.

129. neque formica, si membris huiusmodi, idcirco negabitur spirare.] Valde istud est mutuatum ex postremo illo Plini loco: Statim (inquit) nullum animal putatur spirare, in quo non fuisset Aristotele video, & multis peccatis illa indaginibus. Nec me tamen protinus huc possum accedere hanc disimulo, quoniam pulmones non possunt alia spirabilia in se visera, ita volvuntur & pro sanguine multis aliis humer. Quodammodo petit lib. 11. cap. 3. latius: unde videtur multorum Author: Imitatus Democritum, Anaxagoram, Diogenem, qui (ipsa Aristotele teste) omnia anima spirare dixerint.

130. Herophilus ille Medicus, &c.] Deinde Herophilus Plinius lib. 20. cap. 2. lib. 25. cap. 1. lib. 21. ac 3. & lib. 29. cap. 1. quorum postremo his actiones (nemp̄ Medicorum factiones) damnavit Hippocrates. Musicos pedes venarum pulsū discretō percutit, deserta deinde & haec secta est, quoniam nihil in ea litteras scire. Item lib. 11. cap. 37. quid primum situtum accedit. Arteriarum (inquit) pulsus, atque non maximè membrorum, evidens index fere morborum, modulos certos leges, metria, per atate, fletus, tristitia, aut tardus, descriptus ab Herophilo (Galenus, pro: descriptis ab Eriphyllo) medicinae vanis arte, nimis propter subtilitatem defertus, quoniam hinc eius de Pulsibus citat Galenus alibi. Membrorum Plutarchi de modo respirandi agens, l. 4. de pleniori, c. 22. & l. 5. c. 2. ex cuius verbis etiam liquet, atque cum fuisset. Mencio etiam eius sit (iuxta quod Iamblichus notauit) apud Celsum in Progn. libri. C. Cuicunque cadem. Qui quum nihil cadere tradidit, quoniam hinc Author, parum referre puto, sine legi: qui testem secuit, cum Gelenio, sive cum Gennaro: lepingit. Intra cap. 25. maiorū prosector, vocatur Chrysostomus sententia de Hegemonico circa cerci fundimentum, infra cap. 15.

131. designa oculos, denota pupillas.] Iugularis culicibus & formicis & tinea: eis vero oculis Plinius loco iam citato adscribere videtur, sicut apud

omnibus pupillas negat. Sed sufficit ad Auctoris intentionem, quod non appareant eorum oculi, eis habeant.

132. Sed & excedunt tineas; demonstra mandibulas, deprime genuinos.] Conforme est illud Plinius eodem loco: Dentum vice aculei insectis; qui adit: hominum nouissimos dentes, genuinos dici.

133. Sed & personant culices, &c.] Etiam hoc ex Plinio sumpst lib. II. cap. 2. &c.

134. exhibebas pabuli transmittendi, &c.] Huc pertinet illud eiusdem lib. c. 37. Sanguine parentibus ventre nullus; intestinus enim quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem reflectitur.

135. quemadmodum & incedunt quedam sine pedibus, &c.] Pulca distinctio inter incessum quorundam sine pedibus; ut potest manante impetu, quod angues; inservient conatu, quod vermes: spumanter reperant, quod limaces.

136. ergo duo non erunt quæ diuidi non possunt concreta.] Ita Gelenius, quantum appetet, ex Britannico Lelandi codice, pro eo quod pluribus verbis Gagnani: quæ diuidi non possent, & scilicet, sed licet duo esse concreta, sed non erunt concreta. Neutrum placet, nec mederi licuit, quod non esset ad manum MS. cod.

CAP. XI.

137. Sed vt Animæ spiritum dicā, &c.] Inscriptio nunc huius capituli datur: Quomodo Animæ spiritus, nemp̄ quia spirat, non quia propriè spiritus est. Veniet enim hoc ad paradoxam eius pertinet, de quibus in Pragmameni: alioquin enim si spiritus proprio esset, corpus non esset. Aque hoc est quod cap. præced. dixit: Erunt & aliae spiritus species, ut ex Deo, ut ex diabolo. Propriè interim videtur sumpst lib. de Gen. cap. 3. quum spiritum dicit afflatus Dei consummatum.

138. Ceterum aduersus Hermogenem, &c.] Videtur rursum adludere ad librum De consu. Anima aduersus Hermogenem, ex quo infra Tom. 4. istud inter fragmenta eiusdem collocamus; ubi de hac sententia latum.

139. nisi propter haereticos, qui nescio quod spiritale semen infundunt Animæ, &c.] Aduersus Valentinius agit, & ex scripturis hanc eorum haeresim (de qua supra lib. aduersus dem. c. 25.) confutat.

140. Deum flantem in faciem hominis flatum vita, &c.] Adiudicat ad illud Gen. 2. supracitatum cap. 3. & lib. aduers. Hermog. cap. 31. Et huius Deus flatum vita in faciem hominis, & factus est homo in Animam viuam; flatum vita, & animam in utero interpretatus; quam explicationem veram esse sapientius, lib. de Bapt. cap. 5. num. 43. Quibus addere vides est illud Theodorei in Epit. diuin. dogm. Nomine flatus non intelligimus partem aliquam essentia diuinæ, secundum Cerdonem & Marcionem; sed Animam naturam per id denotari, quod Anima spiritus sit rationalis & intellectualis. Cui consentit etiam Prudentius Hamartius, & ante Tertullianum B. Irenæus lib. 5. c. 7. Quare male inter haereses recenset Philastrius, Animam dei flatu dicere.

141. Spiritus ex me produxit, & flatum omnem ego feci.] Supra lib. aduers. Hermog. cap. 32. nullam facit, citans hanc scripturam I. 57. spiritus & flatus differentiam; immo eam spiritum intelligi dicit, de qua etiam videntur constiterunt: hic vero spiritum pro-

spiritu sancto, flatum pro Anima; imitatus Irenæus lib. 5. aduers. heret. cap. 12. ferè de verbo ad verbum, per citationem non solum huius, sed & sequentium scripturarum. Aliud enim est (inquit) adflatus vita, qui & animalis efficit hominem; aliud spiritus vivificans, qui & spiritalem efficit eum. Propter quod ipse I. 57. distinguens ea quæ predicta sunt, ait: Spiritus enim à me exicit, &c. ne prolixiores simus. Et vero, ut recte adnotauit B. Auguſt. lib. 13. De ciuit. Dei, cap. 24. differentia vocabulorum Græcorum id indicat; nam priori loco πνεῦμα est, quomodo semper in scripturis spiritus sanctus appellatur; posteriori τὸν ψυχὴν, quod varie (inquit ille) nostri interpretati sunt, aliquando flatum, aliquando spiritum, aliquando inspirationem vel aspirationem, aliquando eam Anima. Vide plura hic pertinentia in doctiss. illo Commentario in I. 57. viri eruditiss. Dr. Leonis à Castro. Mirum est interim illud, quum omnes editiones tam Hebraica quam 70. & Chaldaica, item Patres omnes hunc locum citantes, legant in Futuro: exicit, quod solus Tertull. legat: produxit; quod tandem ipsum germanum esset, acer ex eo, quod hanc absimiliter legatus lib. aduers. Hermog. ubi supra: Spiritus à me exiuit.

142. Qui dedit flatum populo super terram, & spiritum calcantibus eam, &c.] Etiam hic ferè ad verbum imitatur B. Iren. ubi supra, qui post recitata eadē I. 57. 42. verba addit: Adflatum quidem communiquer omni qui super terram est populo dicens daturum, spiritum autem dñs qui concubant terrenas concepientias. Consentit etiam B. Basilius lib. de S. spiritu, cap. 21.

143. quia & Apostolus non primum quod spiritualiter est, sed quod animalc. potesta (spiritale).] I. 57. quoque ad verbum ex eodem B. Irenæi loco.

144. Nam, et si Adam statim prophetauit magnum illud Sacramentum &c.] Etiam hic locus adiuci poterat supra lib. de Præscript. aduers. heret. cap. 40. num. 248. ad confirmationem Ecclesiastici dogmatis, quod Matrimonium Sacramentum sit. item & similis locus infra cap. 21. ubi de tota hac scriptura Gen. 2. &c. Ad ea extasi latius.

CAP. XII.

145. Proinde & animum, &c.] Capit. huius inscriptionem Gelenij retinuum: Non separari animam & animū. De quo in hec verba Lactancius lib. de Opific. Dei, cap. 18. sequitur alia, & ipsa inextricabilis quæstio: Idemne sit anima & animus, an vero (en exceptionem Auctori conformem) quid animus & anima proprie dicuntur? aliud sit illud quo viuimus, aliud autem quo sentimus & sapimus. Non desunt argumenta in utramque partem. Qui enim unum esse dicunt, hanc ratione sequuntur que harditè ad intellectum loci huius facit quod neque viuere sensu posse, nec sentiri sine vita, ideoque esse non posse diversum id, quod non potest separari; sed quicquid est illud, & viuendi officium, & sentiendi habere rationem; idcirco animum & animam indifferenter appellant duo Epicurei Poeta. Vbi insprimis adiudicat illud Lucretij lib. 3.

Nunc animū arque animā dico cōiuncta teneri Inter se, atque vnam naturam confidere ex se. Reliqua omittimus, quia sunt pro contraria. Auctori sententia, quam etiam magis amplectitur Lactancius, vni pater lib. 7. diuinar. Inflitus, cap. 12. Tertulliano vero cōsentit Hugo de S. Victore, seu quisque auctor

FF ij

LLIAN⁹
ut in anibus
II.

est libri de spiritu & Anima, cap. 34. Item (inquit) Animam & animum idem dicimus, sed anima vite, animus est consilij. Ego vero, quandoquidem ad fidem non pertinet, diu discentendum relinquo, utra verisimilior. Certè B. Augustin. & alijs Patres indifferenter etiam nunc animam, nunc animum appellant. Autor etiam non hic agit, ut doceat idem esse omnino animum & animam, sed, ut in Argumento huius capituli, non separari a se mutuo, & mutua prestat recipit.

¶ 46. siue mens est, &c. apud Graecos.] Quum animus Graec (ut recte hic Tertull. vsq; apud Graecos dicatur, anima vero ψυχή; non possunt illis adscire (ut hoc obiter adnotem) qui libri Aristotelis scriptas ψυχης, titulum dant: De anima, non de Anima, ut vulgatum est. Quod confirmatur etiā infra num. 150.

¶ 156.

147. qui etiam vniuersitatis motatorem animum decernunt.] Intelligere videtur Thaletem, qui Aristoteles testis lib. 1. de Anima, cap. 5. totum vniuersum dicebat animatum, & animam eius Deum. Item ad Zenonem, qui (ut ipse Autor inquit in Apolog. cap. 21.) Facilitatorem vniuersitatis determinabat, & Deum vocalis, & Animum Iouis. & quibus etiam non diffentiebat Pythagoras, qui Lactant. testis libro 1. cap. 5. Deum animum dicebat, qui per vniuersa mundi partes, omnemque naturam commensuratus diffusus; ex quo omnia qua nascuntur animalia, vitam capiant. Et vero Aristoteles, Thaletem, Anaxagorae, Diogenes, Heraclitus, Alcmaeonis similes opiniones recenset, lib. 1. de Anima, cap. 2.

148. illum Deum Socratis.] Quod Plato de Deo ex sententia Socratis scripsit, non modo Author, sed etiam B. Iustinus Apolog. 2. Socrati tribuit; at ille in Timaeo, Iouis animam per vniuersum mundum diffusam etiam sensit; quem ipsum parentem & opificem vniuersorum inueniens pronunciavit; quemadmodum B. Augustin. citat lib. 12. de ciuit. Dei, cap. 17. Quo etiam pertinet illud Authoris supra Tom. 1. Apolog. cap. 47. Platonici Deum intra mundum collocar, qui gubernator excepito intra illud maneat quod regat. Neque est quod obsecrare Anima mundi appellatio apud Platonem; quia certum est, apud eum ψυχή & ψυχη frequenter pro iisdem accipi.

149. illum Valentini Monogenem ex Patre ψυχη, & matre ἔρωις.] Quum me admonisset Harrisius lucum hunc corruptum esse, & ego id certo comprehendens, eo quod lib. aduers. Valentini. cap. 7. (vbi de his latius) Monogenis mater appelleretur aut οὐγῆ, aut Καλλιτέλε, nequam vero etiam apud aliquem alium Authorum epiphyn, quod hic logebatur, omnino subficiui ἔρωις, vocem que maximis affinis sit.

150. Quamvis Anaxagorae turbata sententia est, &c.] Anaxagoras (inquit loco iam citato Lactant.) Deum esse dixit infinitam mentem, que per seipsa moueat. Nec abstimiliter B. Augustin. lib. 8. de ciuit. Dei; Anaxagoras (inquit) Anaximenes auditor, haurium rerum omnium quas videmus, effectorem diuinum animum sensit. Idem est quod hic Author de illo: Initium omnium commentarius animum; cui addit: & tamen eundem alibi animam edicit. Anaxagorae autem etiam supra fit mentio Tom. 1. Apolog. c. 46.

¶ infra c. 43. de quo vide Laëritium.

151. & vniuersitatis oscillum de illius axe su-

pendens.] De hac phrasis vide supra Tom. 1. de Ida, cap. 1. num. 18. ad illud: in oscillum penduli impetus.

152. Hoc etiā Aristoteles denotavit, &c.] Ludus haud dubie ad Aristoteles lib. 1. de Anima, cap. vii. idem penè verbis Anaxagorae sententiam deducit, inter cetera his verbis: Anaxagoras autem minus de in sententiam suam explanat; multis enim locis boni resiquiamentem causam esse dicit, alibi autem animus resiquiamentem esse dicit, &c. quod rursum non ita multi repetit; hoc uno addito, quod ibi non posuit transanimum, quia animum & mentem praecipue liberi pater huic capituli initio. Sive autem legatio scio an sua paratio implere, quād aliena ait re, cum Gelenio, siue damnare, cum Genua, prae-

dicta est.

153. Denique & ipse definitione Animus quod differret, &c.] Locus iste Aristoteles invenit. dem libri cap. 4. in hac verba: Mens autem animus quid est, passionēque vacat; & prōinde res ipsa Author: abstulit & ipse eum a consortio dicta. Verum vnu rationibus eam sententiam confutat.

154. Nam & sensus passiones facit Actives, &c.] Habet istud idem Aristoteles lib. 2. de ma, cap. 5. Fit itaque (inquit) sensus, quād non atque paritur aliquid; nam ipse sensus ait, non dām esse videris. Quod si verum est, ingratū quād nihil istorum Anima paratur sine eo ergo paſſibilis est animus, contra quād sensus teles.

155. & Democritus obtinebit; disson tollens, &c.] Recte id quidem; nam (vel) iste Aristoteles testis lib. 1. de Anima, cap. 2.) Democritum mentemque idem esse dixit. Aquilcrit sententiam de sonno, infra videtur est, ut supra Tom. 1. Apolog. cap. 46. Cur si sententia erit, diximus num. 581. ex Laëtitio: quod aut sicut plur. de eodem videtur est. Hic hic autem dumtaxat, quād libros scriperit De mente, de libris, & de Anima, Democritus ille docet. Infra eidem etiam adscribitur capite 15. Lectoris

CAP. XIII.

156. Ad hoc discipere superest, &c.] Ego à precedenti disiectum inscripsimus: Quod ciuitam, non animum, sit principitas, per hoc confirmatam vult priorem suam sententiam. Anaxagoram & Aristotelem; ut quendam a Anima inuenitur principitas, quam illa non constituebat, non habeantur prōinde prius in ciuitate, ut iam dixit, animus sit animae officium, & cuti infra cap. 18. anima sit animi (magis) officium. Alij, vti Hugo de S. Victore lib. de pat. & dom. cap. II. dum mentem in anima eminere dicunt, & spicunt, quod animi sit sapere, anima videnter sapientia cum Author. Anima principiat etenim ratione, quod nisi vident, sapere anima non posset. Iste inter alias adserit rationes: nempe, quod anima nostra totius hominis mentio titulata sit, & quod animam Deus semper adloquitur.

157. Quantas animas paſco, ait dices.] Plauti Pluto, aut alio quicquam Comica, defensionem. In eo autem quād addit: animam agere, videat me.

tari: Ciceronem lib. 1. Tuscul. quæst. ubi ait: *Animam autem, etiam animū fere nostri declarant nominari; nam & agere animam dicimus. Ipse autem animus ab anima distinx est.*

168. Faciem tamen operis frontēque materiae de Anima vnuſquisque proscriptit.] Sub hoc verum ſit de Philoſophis & Mediciis, ergo neceſſarii titulus librorum Aristotelis De Anima verti debet, non de Anima, uti ſuprā quoque diximus num. 145. & 146.

159. Animam Deus ſemper adloquitur, &c.] Adiudicat ad eis ſcripturas frequentiſſ. in libris Leuiticus & Numeri, ac alibi: *Animam que peccauerit;* & ſimile, Item ad illud Pſal. 34. *Dic anima mee,* ſalmo tua erga ſum.

160. Illam ſaluum venit facere Christus, &c.] Rēlique ſcriptura, quas hic citat, ſatis nota ſunt, Luc. 9. Matth. 10. & Iordan. 10. Illud vero: illam pluris fieri verat, paraphraſticas veritatis, pro eo quod Luc. 14. inberetur Chriftianus odifce animam ſuam, hoc eft non pluris facere quam Deum.

CAP. XIV.

161. Singularis alioquin & simplex, & de ſuo tota eft, &c.] Inſcriptionem huic capiti, quod etiam à preceſſoribus separandum putauimus, dedamus: *Quid Anima ſit indiuſibilis præterquam in potentias diuerſas. Quod ipſum repetit inſra cap. 51. Ceterum (inquit) anima indiuſibilis ut immortalis. Et vero eadem eſe ſentientiam non modo communem omnium Philofophorum, ſed etiam B. Auguſtini conſtat lib. 6. de Trinitate, cap. 3.*

162. Si enim ſtruſtilis & diſſolubilis, &c.] Hic quidammodo Tertull. ſeipſum conuincit; quum non ſtruſtilis diſſolubilem conſtitetur, arque adeo immortalem, cui opponitur.

163. Diuiditur autem in partes, &c.] Seipſam explicat paulopōſt Auctor, quum dicit: *Huiusmodi autem non tam partes Anima habebuntur, quam vires, & effacia, & opera. Vnde & Nyſſen, lib. 4. Philoſ. cap. 8. Animam (inquit) in virtutes vel ſpecies vel partes diuidunt.*

164. nunc in duas à Platone.] Platoni & Pythagorae idipſum tribuit plutarctus lib. de Placit. Philoſ. 4. cap. 4. & in Commentario de virtute Morali, nempe Ἀριστοτέλης, & Ἀριστοτελος, quod quomodo conſet cum ei, quod plerisq; in locis tres partes Anima faciat Plato, inſra dicimus latius cap. 16. ubi ex proposito de ſentientia Platoni diuſtatis, num. 208.

165. nunc in tres à Zenone.] Quum Zeno Stoicorum princeps fuerit, & illis mox octo partes tribuantur; ſed eſt diuidit aliud ſubdiuſionem, pro Zenone, forisq; Varro. Nam Varro (inquit B. Auguſt. lib. 7. de cœlo. Dei, cap. 23.) in libro de Diis ſelectis, tres eſt affirmat Anima gradus, vegetatum nempe (uti in compendio verba eius contrahamus) ſenſituum, & rationale, verum codicibus MS. deſideratur immutare nos. Certe triplum hanc anima potentiam agnouit B. Gregor. Nyſſen, lib. de Creat. hom. cap. 15. & plenarie unius; etiam Aſtoteles, uti paulopōſt dicitur, quodam in loco.

166. nunc in quinque & in ſex à Panætio.] De quinque partibus Anima apud Panætiū, hæc tenus nihil reperi; quare forte ſe deſideratur nomen Auctoriſis qui quinque adſeruerit, nempe Aſtoteleſis, de qua mox, aut alterius. De ſex enim conſentit Gregor. Nyſſ.

lib. 4. Philoſ. cap. 8. quum poſt enumeratas octo partes, quas adſerabant Stoici, addit: Panætius vero Philoſophus vocalem quidem vim, voluntary moris partem eſſe conſet, reſtigſum dicens, per ſpermaticam virtutem (ſic enim lego) non eſſe anima partem, ſed nature. Vbi quum duas reiſere illum dicit, agnoſcere eum ſex facit conſtat. Cicero, eſi frequentiſſ. omnium Panætij meminebit, nusquam tamen tale quid illi adtribuit, neque plutarctus. Fortabiliſſ. fuit Panætius Rhodius senior, quum illi de iunore loquuntur.

167. & in ſeprem à Sorano.] Quum Soranus à paucisſ. citerat Auctoriſis, penes Auctorem huius rei fides eſto.

168. etiam in octo penes Chryſippum.] Quum Chryſippus, uti ſuprā num. 77. diximus, Stoicus fuevit, huc pertinet haud dubium, quod in hac verba habet Nyſſen, loco mox citato, Zeno Stoicus octuplicem ait eſſe animam; diuinenſ eam, in principalem vim, & quinque ſenſus, & in vocalem, & in virtutem ſpermaticam.

169. etiam in nouem penes Apollophanem.] Apollophanem medium citat Plin. lib. 22. c. 21. Coſmicum Suidas. Verum Auctor intelligere videtur Apollophanem Stoicum Philoſophum, cuius meminit Stephanus, & Physica citantur à Laertio; quibus amphibus recētior videtur Apollophanes Sophista, qui cum Dionysio Areopagita, tempore paſſione Domini, in Heliopolis Aegyptiacę Philoſophie ſtudiosus verabatur.

170. ſed & in decem apud quoddam Stoicoruſ.] Quos hic intelligat, baſtenus reperiſe non licuit.

171. & in duas amplius apud Posidoniu, &c.] Quum duo amplius quād decem, xij, faciant diuinaſtataꝝ, & di eodem laque pergaſt; propris lego: in duodecim exinde profectur, pro eo quod erat: in decem & ſeprem. facilimē enim in numeris error committitur. De nyſſeſi ſequ. & de laoz. c. 16. Atqui Suidas Posidonium reteſet & Alexandrinum, & Apameensem, uti ſumque Stoicum Philoſophum; quorum illi Zenonis Cittie discipulis, hic Panætij ſeſtor. De vitro Auctor loquatur, neſcio.

172. ita in alias ex aliis species diuidunt Anima.] Plures eiusdem ſubdiuſiones reperiſe eſt apud Nyſſen, dicit. l. 4. cap. 8. 9. & 10. quo compendiij gratia Lectorem remitto.

173. ſicut de quibusdam & Aſtoteles iudicauit.] De huius ſentientia ſic Nyſſen, ubi ſuprā: Ceterum Aſtoteles in Physicis, (nempe lib. 1. de Anima, cap. 5. lib. 2. cap. 2. 3. 4. & ferè integro libri tertio) quinque dicit eſſe partes Anima (ſeu pons, uti Aſtoteles loquitur, vires & potentias) vegetatum, ſenſituum, motuum ſecundum locum, conſiſituum, & excoſtitutum. At in Ethica (inquit idem paulopōſt) in duo prima, & generaliſſima diuidit naturam, in irrationalē & rationale: ſubdiuidit autem irrationalē in obediens rationi, & non obediens. Rurſo obediens rationi in duis ſecator, in appetitu vim, & iraſcibilem. Qui plura deſiderat, ipſum Aſtotelem conſular. Porro paulopōſt omittit eis cum Gignaz particulariſſ. in, legimus: ut & ipſi illi quinque notiſiſi ſenſus.

174. Specia portentosiss. Archimedis munificientiam, organū hydraulicū, &c.] Archimedis inſtrumenti ſphericī meminimus Plin. l. 7. c. 37. Cic. l. 1. Tufcul. qu. Solinus c. 11. & Claudianus poëta: denig. Lactant. l. 2. c. 5. At (codice Plinio ibidem teſte) Ctesibius pneumatica ratione & hydraulicis organis reperiſis, claruit. Simi-

LLAN⁹
ut in anibus

F F iii

le organum hydraulicū Archimedi peculiariter addubuit. *Auctor*; ita dictum, quod sicuti ratione pneumatica id est, spiritus inclusus plerique sonum adunt organa, ita illi generi aqua inclusa; Gracis enim iudicium dicitur, tibiis in aqua mortis canere doctis. *Vnde* & paulopost addit: Sic & spiritus qui illic de tormento aqua anhelat.

175. Non longè hoc exemplum est à Stratone, &c.] Stratonis Physici rursum meminit *Auctor* sequ. cap. tum quod hegemonicon aduersus Dicæarchum adsereris, tum quod in superciliorum medullio illud statuerit. *Vbi* quia etiam alterius Stratonis meminit, de vroque latius.

176. nam & ipi vnitatem Animæ tuetur, &c.] Imprimis non modo Stratonis, Aeneisidemi & Heracliti hanc suiss sententiam, sed etiam Aristotelis, docent Commentatores in lib. 2. de Anima, cap. 2. etiam B. Thomas Aquinas disput. de Anima, arg. 10. & l. 2. contra Gent. cap. 72. In eadem esse etiam B. August. ex pluribus eius locis patet, nominatum loco supradictato 14.8. item lib. aduers. Epist. fundam. contra Manich. cap. 16. vbi ad similes Deum in mundo. Animæ per totum corpus diffusæ, denique etiam Epist. 28. ad B. Hieron. vbi hinc incorpoream Animam probat, quod per rotum corporis, quod animat quadam vitali intentione, porrigitur, in omnibus simul & in singulis particulis corporis tota. Quod ipsum etiam videre est apud B. Gregor. Nys. lib. de creat. homin. cap. 16. Quid? quod ipse etiam Tertullianus infra cap. 32. haec ratione Metemphysis impugnat, quod necesse sit corpus omne anima completri. *Et qui de Metaphorica illa voce metationibus, supra non semel dictum est.*

C. A. P. X. V.

177. Imprimis an sit aliquis, &c.] Veterem titulum huius capituli retinimus: De hegemonico, an sit, & vbi sit. Quod ipsum imprimis ita describitur ab Auctore, ut pluribus non sit opus; nempe: summus aliquis in Animæ gradus viralis & sapientialis, quod ηγεμονίον appellant, id est principale. Eodem pertinet etiam illud infra lib. de Resurr. carn. quod paulopost citatur num. 185. & illud B. Augustini. lib. de fid. & hmb. c. 10. Principale nostram, nempe partem Animæ rationalem, spiritum dici.

178. Mæstrenius aliquis Dicæarchus.] Dicæarchus (inquit Cicero Tuscul. quest. lib. 1.) in eo sermone, quem Corinthis habitum tribus libris exponit, doctrina hominum disputantium, primo libro multos loquentes facit; duobus, Phæratrem quendam phæratam senem, quem ait à Descaelione ortum, differentem inducit: nihil omnino esse Animum, & hoc esse totum nomen inane, frustraque & animantia & animantes appellari; neque in homine inesse animum vel animam, neque in bestia. Et vero eius eandem fuisse sententiam paulopost indicat ibidem Cicero: Quid de Dicæarcho dicam, qui nihil omnini animum dicat esse? Mæstrenius autem hunc fuisse etiam Suidas testatur, Aristotelis discipulum; cuius Plutarchus, Quintilianus, Musica ciunt; Gellius Pythagoram; Athenaeus libres complures; B. Hieronym. lib. 2. aduers. Iouin. ex Antiquitatibus libris descriptionem Graecia; denique Cicero alibi Librum de diuinis. & somniis.

179. ex Medicis autem Andreas.] Andreas Medicus frequenter citatur à Plinio, non modo inter Auctorum nomina, è quibus multa desumpti, sed etiam lib. 22. cap. 23. & l. 32. cap. 5. vbi in quibusdam tam

exemplaribus perpetram legitur Andrias, pro: Andries, Nam etiam à Diſcoride & Galeno citatur liber eius de Plantis.

180. & Asclepiades.] De Asclepiade Medico Prusensi, preterquam quod ex eo multis defensionis testatur inter Auctorum nomina, peculiariterq; Plin. lib. 26. cap. 3. Citantur etiam quedam cum scripta ab Aescio & Galeno, qui interim duos eius nominis commemorat. Ridet autem cum his verbis paulopost *Auctor*: vt vel (inquit) ab istis rebus Asclepiades, capras suas querat sine corde balantes, & muscas suas abigat sine capite volantes; natus ignificans absurditatem, qui illarum exemplo circa de hominum hegemonicon auferre voluerit. Memnam inter Auctori Asclepiadi, cap. 25. infra. De eadem Alcibiade multa refert etiam Apul. lib. 4. ejus. Distinguo autem paulopost, ut sensus confer, quod quendam in hunc modum: Quod, nempe prima Animæ, si fuisset amissus cum suis fedibus Anima, non perseueraret.

181. Sed plures & Philosophi aduersus illa archum, &c.] Non quod aduersus Dicæarchum philosophi hic recenti, aut aduersus Andream Asclepiadē Medici isti, peculiariter scriperint, sed contraria sententiam tuti sint; scilicet positionum singulium demonstrabitur; exceptis quibusdam hinc; eminui interim Philosphorum volumen Hegemonico referta sunt.

182. Socrates.] Quicquid habet Plat. & aristoteles sententia loquitur; quare de eo nihil dicendum.

183. Aristoteles.] Imprimis Aristoteles Esthetic. cap. 13. nominatim τὸν γένος μορίον μεταβεῖ. Eodem etiam pertinent, qua habet illi lib. 3. ma, cap. 4. & 5.

184. Diocles.] Diocles Carissima Medicus suis ab Hippocrate estate famaque, Plini etiam lib. 26. cap. 2. qui præterea ab eodem citatur. cap. 3. & 5. & lib. 21. cap. 1. & in Catalogo Medicorum, quorum opera vñus est; item à Galen, Scholia à Nicandri, Athenæo, Paula, Agapito, & roche Hippiatro.

185. lámque omnibus plures Christiani Non hic dumtaxat, sed etiam lib. de Resurrectione ex scripturis complicitum probat: Hegemonicon in corde confutatur esse, sic enim hoc sententia denique carnis speciem, arcem Animæ, etiam Dominus in suggestione cogitatu taxat. Quod cogitatio in cordibus vestris nequam est: & consperxerit mulierem ad concupiscentiam, adultererit in corde. Sed eti in cerebro, in medio superciliorum discriminé, vel vibratio philosophis placet, principalitas sensuum contracta est; quod Hegemonicon appellatur, certe omne Animæ cogitorum. Confutatio autem Auctori Philo Indiana episoli. De eo quidem posteriori insidietur, B. Hieronym. lib. 2. super Matth. ad illud Matth. 23. & corde excent cogitationes probat. Theodor. serm. 3. de prouidentia; Gregor. Nys. lib. 1. de Resurr. Christi, & lib. Philos. 4. cap. 1. scilicet levant, in dubio ponit, lib. de Opib. Dei, cap. 15. & 16. corde an in cerebro. Verum postea hoc nominatum impugnat vbi supra B. Hieron. & scripture facta contra

186. Si enim scrutare & dilucidare possit.

Deum legimus.] Adiudicat ad scripturas 1. Paral. 28. Et illud ad scripturas 1. Paral. 28. Deum legimus.] Adiudicat ad scripturas 1. Paral. 28. Et illud ad scripturas 1. Paral. 28. Deum legimus.] Adiudicat ad scripturas 1. Paral. 28. Et illud ad scripturas 1. Paral. 28.

187. si etiam Propheta eius occulta cordis traducendo probatur,] Videtur adiudere ad illud Hier. 12. Et tu domine nos fili mei, vidisti me, & probasti cor meum; aut potius ad illud Psal. 138. Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosc semitas (seu, sicut in Hebreo legitur, cogitationes) meas.

188. Quid cogitatis in cordibus vestris nequam?] Tam hic quam infra lib. de Resurr. carn. sic hunc locum verset, vispar: nequam plurali numero neutro, pro eo quod non est interpres: mala. Lego autem omnino: Si & David, &c. pro: Sic, quia & anima & postea. Si legitur, non Sic. 189. ut neque extrinsecus agitari putes principale situd secundum Heraclitum.] Pertinet hoc videtur quid de Heraclito habet Aristot. l. i. de Anima, cap. vbi Heraclito ascribit Animam semper moueri.

190. neque per totum corpus ventilari secundum Moschionem.] Recte istud Author improbat, quia scimus supra ostendimus num. 176. est per totum corpus diffusa sit anima, in omnibus & singulis partibus rotante; atque adeo per corpus totum ventilari, non recte fons Moschion. De quo an idem sit qui citatur secundum emendatores codices a Plinio (pro eo quod alij Moschion) Moschion Graeca lib. 19. cap. 5. cuius quodam exstant scripta, an Moschion Comicus, qui adlegatur a Clemente Alexandrino lib. 6. Stromat. nesci. I. stud intem Lactantius non Moschionem, sed Xenocrati tribuit, lib. de Opific. Dei, cap. 16.

191. neque in capite concludi secundum Platonem.] Habet istud Plato in Tim. eo, quamquam satis obfusca, vbi postquam dixit: Animam in summo corporis nostri (sic enim lego, pro corpore nostro) mox subiungit: Ille enim primus anima ortus prodit, caput & radicem nostram, divina species suspendit, & totum ei corpus erigit. Qui interim ibidem multe ante videtur potius in cerebro, quod εγκέφαλον vocat, collocare. quare non male B. Hieronymus illi attributus vbi supra, quod in cerebro collocari. Nec mirum, quare etiam Lactant. lib. de Opific. Dei, cap. 16. confundere videatur: in capite, in summo capite, in cerebro, & in medulla cerebri.

192. neque in vertice portio praesidere secundum Xenocratem.] Istan & sequentes aliquor horum opiniones videtur ad verbum desumptissime ex Plutarcho lib. 4. de placit. Philo. cap. 4. quas etiam videre est apud Theodorum lib. 4. de curanda. Grec. affect. Script. auctem Xenocrates Philosphus libros de Anima duos, tum de his quae circa mentem sunt, primus 8. deinde 4. denum 2. ex quibus haud dubie tum hoc, tum illud, de quo supra num. 60. desumptum est.

193. neque in cerebro cubare secundum Hippocratem.] Ad hanc non dubito adiudicare (preter Plutarchum, qui id illi expresso tribuit) Ciceron. lib. 1. Tuscul. quest. & Lattans, loco mox citato. Cuius etiam sententia Plinius suis lib. II. cap. 37. quium in cerebro mentis regimenter panit. Atque Plini. lib. 26. cap. 2. Hippocrate in scriptis primis medendi precepta tradidisse multis voluminibus, addens lib. 19. cap. 1. ab atare. Asculapij ad illum usque medicinam in nocte densissima latuisse, donec ille in Peloponnesiaco bello eam in lycem reuocaret, genitum in insula Coo Asculapij sacra.

194. sed nec circa cerebri fundamentum vt Herophilus.] Etiam hoc ex Plutarcho; fortassis cerebri

fundamentum, medullam cerebri, in qua etiam Plato constituer videtur, & cuius opinionis meminit Lactant. & Cicero, dum inquit Tuscul. quest. lib. 1. Aliis pars quedam cerebri videtur mentis principatum tenere.

195. nec in membranulis vt Strato.] Hoc quoque ex Plutarcho, Loquitur autem de Stratone Medico Erafratii, de quo mox, discipulo, qui subinde citatur a Galeno lib. contra Erafratios.

196. & Erafratius.] Erafratium quanto loco inter Medicos ponit plinius, ubi supra, ante Herophilum & Aselepiadem; item l. 14. c. 7. vixisse scribit CCCI anno Urbi Romae, & schola eiusdem meminit lib. 20. cap. 9. denique lib. 29. cap. 2. Chrysippus (cuius mox mentis) discipulum facit, Aristoteles filius genitum, qui Rego Antiochou carato centum talenios donatus fit a Ptolomeo eius filio. Cuius rei meminit etiam Stadius, & plures eius libros citat lib. citato Galenus. Citatus iterum ab Auctore cap. 25.

197. nec in superciliorum meditullio vt Strato Physicus.] Istud etiam ex Plutarcho. Vocatur autem Strato Physicus, cum ad definitionem superioris Stratonis Medicis, tum quod, Suida teste, prae ceteris naturae contemplatione deditus fuerit, qui Lampacenam facit Theophrasti discipulum, & multos libros scripsisse tradit. Inter quos recensentur a Laertio De spiritu & de natura hominis, e quibus desumptum videtur quod illius citatur ab Auctore nostro, supra cap. precedens. num. 175. Item De celo, in quo, ut est infra lib. 1. aduers. Mare, cocom & terram Deum dicit. Denique de somno, unde citatur eius fragmentum infra cap. 43. quod somnum segregacionem conslati spiritus affirmet, & de insomniis, iuxta quod etiam Auctor illi tribuit, cap. 45.

198. nec in tota lorica pectoris vt Epicurus.] Grace conformiter apud Plutarchum legitur: Εἴδετο τῷ θόρυβῳ. Quod pertinet etiam illud Lactantij ubi supra: Quidam sedens mens in pectori esse voluerunt. Addit vero Plutarchus, quod magis ad sententiam Terrulliani Christianam accedit, de qua supra num. 185.) Stoici ad unum totum in corde, vel in cordi obueniente spiritum, Diogenes in arterio cordis ventriculo, qui spiritabilis est. Quod pertinet etiam illud Lucretij lib. 3.

Consilium, quod nos animum mentemque vocamus,

Idque situm media regione in pectoris haeret. In qua sententia etiam eos fruisse significat Cicero Tuscul. quest. lib. 1. qui prudentes cordatos vocabant, ex quo etiam (inquit) excordes, recordes, concordesque dicuntur. Quam etiam sententiam potius sequitur Aristot. lib. de Sens. & sensib. & lib. de Respiratione.

199. Sed & quod (sicut enim lego, pro: quod &c.) Aegyptij renuntiauerunt ei, &c.] Renuntiare ei, nempe Hegemonico, pro adtribuire, accipere hic videtur Author eadem significatione, de qua infra latius lib. de Carne Christi, cap. 1. Intelligere autem videtur Mercurius Trismegistum, Anebonem, & Abamonem, Aegyptios diuinatum commentatores; quos plerisque secuti sunt Plotinus, Lamblichus, & ipse Plato. Certe Mercurius ille, Pimandri Dialogo 11. & 12. latissime disputat de Mente, que Deus sit in hominibus, atque adeo Hegemonicon ab illo agniti patet.

200. & ille versus Orphei vel Empedoclis: Namque hominis sanguis circumcordialis est sensus.] In locum hunc recte commentatus est Theodorus Cautenus Varian. Lect. lib. 1. cap. 6. Quum (inquit) Empedoclis scripta iam vetustate & negligencia perierint,

non iniundandum fore arbitror, si Grecū eius versum, quo
hanc sententiam expressit, inuenimus à me apud Etymolo-
gici Auctorem apposuero, qui ibi sic legitur:

Aίρετος πάντοις τεσσαρούς γένος.
Cui adiutus ibidem duos alios versus precedunt ex Porphy-
rii loco adducto à Stoico in Physicis; verum quod ad in-
stistrum non faciant, omisimus, eo contenti quod ex Cice-
rone adnotat Tuscul. qu. l. i. Empedocles animum
esse celer cordi circumfusum tanguinem. Adludit
eodem Lact. ubi supra, hic verbus: *Vt sensus ille incōprehē-
sibilis aut in medulla cerebri heret, aut in illo sanguine
bipartito, qui est inclusus in corde.* Et eodem pertinet quod
suprā c. 5. n. 69. Empedocli tribuat Auctor, quod Ani-
mam ex sanguine dixerit. Quare etiam verisimilium est
Empedocli versum hunc tribus debere quam Orpheo
(de quo suprā c. 2.) maximè quam inter carmina que cir-
cumferuntur eiusa nomine, non reperitur hic versus. De
Empedocle autem plura partim suprā c. 3. partim infra
c. 17. & 32. Aliquis pulcrè docet Lactant. dict. lib. de
Opifice. Dei, cap. 17. Animam non propterea sanguinem
descendam, quod sanguine effusus vel consumpto extingui,
seu posuis à corpore disolu: videatur. Et Epiphanius aduersus
Bardeos in istis her. 56. animam sanguinem negat, sed se-
dem habere in sanguine non disficietur. Neque verò id
circò quia per sanguinem in scripturis anima significatur,
propter animam sanguinem dicendam, non seleni tra-
dunt BB. Chrysost. & August. contra aduers. Leg. &
Prophet. li. 2. cap. 6. & lib. quæst. in Leuitic. c. 56. viro-
bique dicens illud Leuitici 17. Anima omnis carnis
sanguis est, eodem modo interpretari debere, sicut illud: Pe-
tra erat Christus, quia per sanguinem anima significatur.
Et hoc quidem si de Anima etiam hominis locu: ille in-
telligatur, alioquin dicens non laborandum an anima
pecoris sit sanguis, sicut in eum locum adnotauit Ori-
genes.

201. Etiam Protagoras.] Etsi apud Lactantium re-
periatur Protagoras Philosopher. Abderites auditor
Democriti, qui a rame inter libros eius, de Anima nullum
recensetur. Et hic detur iterum Medicos alios cōmitere
cum Asclepiade, censeo quidem legi debere: Praxagoras,
sed sine codicu: MS. ope id in contextu mutare nolui. Cer-
te Praxagoras Medicus à Plinio celebratur tertio loco di-
cti lib. 26. cap. 2. & prætere: citatur ab eodem lib. 20. cap.
4. & 7. ut omittam catalogum Medicorum, e quibus sua
desumpsit dict. lib. 20. & sequentibus.

202. etiā Apollodorus.] Sim liter ex hīc, quam-
nis a Lætio recensetur Apollodorus Athenensis Epicureus philosophus; puto tamen potius loqui Auctorem
de Apollodoro, altero illorum Medicorum, de quibus
Plin. lib. 20. cap. 4. Apollodori (inquit) diu, scilicet
& Tarentinus, quorū prior tamē in eius libri Auctor
Catalogo Cittensis vocatur. Item lib. 14. cap. 7. Apol-
lodori Medicī volumen recenset, quo suscit. Ptolomeo Regi
que vina biberet. Vterque etiam citatur à Galeno, Dioco-
ride, & Alexandro.

203. & Chryippus.] Hic quoque de Chryippo
Medico patius loqui censeo Auctorem, quām de Philoso-
pho, cuius suprā facta est mentio n. 77. Nam citatur is
ipse à Plinio frequenter lib. 20. & septem sequentibus, tum
in contextu, tum in Auctorum Catalogo, & quarto loco
Chryippum inter Medicos collocat l. 26. c. 2.

CAP. XVI.

204. Est & illud ad fidem pertinens, &c.] Ca-

put hoc inscribimus: De Anima rationali & irratio-
nali. Cui similia prorsus habet Greg. Nys. lib. de Ani-
& Resurr.

205. quod Plato bifariam partitur Animi, &c.]
Similiter suprā dixit c. 14. Dividitur autem in partes,
nunc in duas à Platone. Habit autem sicutus Plato dicit,
4. de Rep. Nō itaque absurdè (inquit) duplices habentes,
et inter se diversas esse, ita ut alterā qua ratione natura
potest qua sit rationis gubernatrix, & tangam lenqu-
& studiosa mater viam vita: redam communis ratione
animam animalē, & spiritu, & sensu, & circa alias cupiditates venia
conseruata adficitur, irrationalē.

206. sed non vt naturae deputetur virumque
&c.] Irrationale rationali posterius esse, & consi-
grediōne, etiam latiss. prosequitur B. Greg. Nys. lib. de
Ani. & Resurr. ad Macrinum sacerdotem, ubi loquens
de duobus generibus irrationalis, de quibus mox
Hanc (inquit) rationem tam à multis etiam diligenter
consequenter ipse quoque requisivisti, quidam
deinde hoc esse sportū, similem insita in Anima vo-
ra, & quasi consentanea & confabulante, & con-
ditio cum ea sint, atque à principio statim una anima
et constitutio eiusa existentia; et etiam aliqui ei
atque ipsa sint, & posterius nobis accesserit, quod
autem imprimitur. Ergo quoniam eiusmodi nihil omnino
a carnitate natura, in Anima quidem hec inquit
quis existimauerit. Deinde id ipsum probat, ratione
nitione hominis, quem etiam qui à ratione plenaria
alieni sunt, definit rationis particeps animalis
etiam sentiendi, augendi, & nutritiendi via in horum
instaurata ponit non solent) tum quod pugna gula
tum aduersa hec sit, tum denique quod quantum
Anima posita videntur, veluti umbras, evanescere
voluptas, metus & contemptus, cognata sunt in-
scendi atque concupiscendi vi. Quare in hanc ratione
concludit: Omnia ergo hec, quia circa Ani-
mum Anima non sunt, sed veluti quidam ratione
cogitatrice Anima parte ensientes; que peccatum
ipsius esse, eo quod agnoscunt, non tamē id omni-
mantur, quod Anima ex natura ratione existat.
Aliqui hoc ipsum est quod hic dicit Auctor quidam
rationale inoleuerit & coadoleuerit in Anima
stare iam naturalitatem; quia statim via in prima
natura accidit. Facit autem iste locis imprimitur
scriptio peccati originalis, de quo aliib: latet.

207. Ceterum quum idem Plato solum in-
tiale dicat, vt in Anima Dei ipsius.] Id sicut
petit hic verbus: Plato Soli Deo legregans ramum
208. duo genera subdividit exicationem.]
Quimquam non disertus verbis id habeat Plato, sicut
pertinet videtur quod habet in Phædron, (et non
etiam B. Gregorio Nysseno ubi suprad.) de hisq; inde
equorum, non eadem inter se affectante & impinguante,
et isque praefecto aurig. Equorum enim formam amplius
Plato) duæ quedam species anima habent, unius
tertius species. Noster enim principi (ratio nemp̄)
id est, duo irrationalia genera moderantur. Aspergit
hoc pacto conciliandum est, quod alibi vobis Plato
animæ partes faciat, nempe in Phædron, in Phædron
et 9. de Repub. quod eis tres sint, tamen una ratione
pars rationalis, reliqua vero irrationalis in duas dividatur.
B. Iustin. Martyr Apolog. 1. & diuin. 3. Arg.
& Hieron, in tres malum dividere, satim, pug-
lem, & concupiscentiam.

209. indignatuum quod appellant *θυμόν*, & concupiscentium quod vocant *θύμοντας*.] Haud absimiliter ibidē Nyssenus: *τὸ θυμόντας* (præqua male editio Lugdunensis *θειθυμητος*) vim cōcupisciendi appellat, verum vim ira concitaticem *θύμοντας*, quæ etiam voce uti potius Plato solet; verum *θύμοντας* eiusdem est significatio.
210. Igitur apud nos non semper ex irrationali cœlenda sunt, &c.] Similiter Nyssenus: Quod si haec ita sunt, neque virtutem, neque vitum per se esse, pronuntiabimusque quam *Anima* motus sint, in potestate & arbitrio videntum sicut est, rectine an prau sint. Sed quando motus eorum ad bonum inclinat, laudum materia existunt, ut Danielis cupiditas ad desiderium (vixit qui vir desideriorum appellatur) & ira Phineſe; sin autem ad deteriorum propendent, tunc haec perturbationes & sunt, & nūminantur.
211. Indignabitur Deus rationabiliter, &c.] Si intelligatur istud hypotheticos, sicuti scriptura loquitur, quod indignatio Dei pro vindicta Dei sumatur; nihil obstat cum Deo adtribui. Alicubi tamen Adnotauimus inter Parada Tertulliani collocandum, quod iam propriè Desideratur adtribuere.
212. At quum dicit: Fuimus aliquando natura filii regnū, &c.] Paulchrè explicat naturam, hoc Apostoli loco, natura quam diabolus induxit, id est, ut supra dixit, ex transgressionis admisso, quod accidit ex serpentis instinctu; à diabolo enim (inquit ibidem) immisso delicti, quam proinde etiam mox recte vocat: poketrem & adulteram. *Quamquam* interim *Mephæstias* eum locum citet.
213. quem legis auenarum superseminatorem, &c.] Rursum hic auenas vertit, quod Græcè est ζέλεια, de quo supra lib. de Prescript. adversus heret. cap. 31. num. 181.
- CAP. XVII.
214. Contingit nos illorum etiam, &c.] Regimimus veterem huius capituli titulum: De quinque sensibus, legimus: Contingit, pre: Contigit. De phrasē autem Tertullianica: hereticis procuratur, vide supra T. 1. ad Scapulam, 34. Atqui de tota hac materia vide lib. 4. de Philosoph. Nyss. & Aristoteles librum de Sensu & sensibili.
215. Horum fidem Academici durius damnat.] Peripscum est Academicos nihil adfrere solere, cuius tri cassum reddebat, quod sensuum iudicium sit incertum, & plerisque fallax: quo quism adludat *Auctor*, illud: secundum quosdam, sequenti committi adiunxiimus: maxime quoniam sub finem huius capituli sic inuehatur *Auctor*: Quid agis Academicus procastissime, &c.
216. secundum quosdam & Heraclitus & Diocles.] Quam horum opera non existent, maxime Heracliti, & Diocles (de quibus supra latius) non lauit eorum verba adlegare, que fortassis nec ipse *Auctor* sus attinet vidit, atque adeo addidit, secundum quosdam.
217. & Empedocles.] Mulus Empedoclis opinione, quibus duriss de quinque sensibus loquuntur, vide est apud Aristotelem in Comment. lib. 2. de Anima, cap. 5. pag. 12. Huc magis spectat quod dicit lib. 3. cap. 3. Empedocles & alios veteres idem facere: apere & sentire, atque adeo, que sensibus insint, intellectum tribuere.
218. Certe Plato in Timæo irrationaliter pro-nuntiat sensualitatem.] In Timæo Platonis non aliud inservio, quam quod dicit sensus principatum *Ani-mæ* cohære. Verius magis hoc pertinet illud eiusdem in-
- Phadone, sive de *Anima*, quod ab ipso *Auctore* etiam a-tatur cap. sequi, initio, de quo infra num. 235.
219. Itaque mendacum visu obicitur, &c.] Causa, quod rem in aqua infraacti videantur, turris quadrangulata de longinquò rotunda, æqualiss. porticus angustior in ultimo, cœlum mariungi; explicatur ab Opticis, & ab Aristotele in 3. Meteoro. Reddit etiam varia rationes paulopost *Auctor*.
220. Perin de auditu fallacie reus, &c.] Hæc tā de auditu, quā de odoratu, gustu & tactu, etiam ludicra sunt apud Philosophos; non enim sensus errat in proprio sensili percipiendo, sed visus cogitativa in indicando; iuxta Aristot. l. 2. de *Anima*, cap. 6. Et vero paulopost, *Auctor* erroris causas prosequitur de singulis.
221. Moderantius Stoici, &c.] Vide hac de re lib. 4. Academ. quæst. Ciceros, uti & de præcedentibus ac sequentibus nonnullis interius dissentire videtur Lactant. lib. 3. cap. 4. ubi Stoicis adtribuit, quod *Auctor* Epicureis, quod nempe opinionem repudiariunt.
222. Nam ut in aqua remus inflexus.] Faciunt ad huius loci intellectum magis operè quæ habet Nyss. lib. Philosoph. 4. cap. 3. Insuper fatus (inquit) visus, quum per aquam agitatæ intuemur; etenim remum in mari ut fractum videt: similiter quoniam per transparentem aliquam materiam aperit, quod in speculī, vitro, & id genus, alii accidere solent est: aut quād à longè videt; turrim enim quadrangulam ut rotundam eminus intuetur. Neque est hic error visus, sed intellectus. Nam hic quidem videt & annuncians intellectus autem representatis non intendit. Postremo visus ad manifestam discretionem gravatur opus habet: illa se oculo, moderato motu, iusto spatio, & ære pu-ri atque claro, ubi pulcherrime tractat, quicquid ad sensum & organum visus pertinet.
223. Auditum vero quid aliud decipiet, quām sonorum similitudo?] Relat à *Auctor*. Nam auditus (eodem Nyss. teste eiusdem lib. cap. 5.) sonorum & vocum est adprehensus; dicoque itaque acutatem gravitatem, levitatem & asperitatem atque magnitudinem. Vbi etiam organa auditus explicat.
224. Et si postea minus spirat vnguentum, &c.] Etiam hoc pulcrè Tertull. nam & Philosophus rituum est, quod in omnibus prima vis tota est, atque adeo in se-cunda perceptione vñiora omnia inducitur. De organis ve-ro odoratus & gustus, vide ibidem Nyssen.
225. Ceterum de scabro ac leui, &c.] Nec minus aptè etiam istud *Auctor*. Atqui de organo tactus in universo animali corpore, item quod certissimum hunc sensum homo possideat, aliaque huc pertinentia, vide ibidem Nyssen. cap. 4.
226. vi. Orestes matrem in sorore.] Iphigeniam intelligit, quam Orestes furii sororum agitatus ob imperfectam matrem, et si suam sororem, matrem reducunt, credidit, si confectus nec eo Tragedia creditur.
227. Aiax Vlyssen in armendo.] Aiacem quoque fabulatur, quoniam arma Achillis occisi Vlysses impetrasset, pre ins insanum armenta occidisse, credentes Vlyssen, cum sociis se interficiisse.
228. vt Athamas & Agaue in filiis bestias.] De Athamante, vide Plutarch. in Superstitiō. Ab Agaue secundum Poetas matre cum reliquis Menadibus à Baccho in furorem conseruatis, filius Pentheus membratum dilaniatus est, quoniam se pugaret a primum interficere. Atqui de elo-gio vide supra Tomum 1. Apologet. cap. 2. num. 22. &c. alibi.
229. Sed enim Plato, &c. in Phædro ex persona

ILLIAN,
et ceteris
lib.

Socratis, &c.] Verba Socratis in Phædro Platoni paulo post initium hæc sunt: Non possum adhuc iuxta Delphicum oraculum (nemp̄ γνῶθι τελεῖτο), de quo supra alicubi) nō esse me ipsum. Rectius interim verit: Delphicum inscriptionem Author id, quod Græc est Δέλφικὸν γέγραπται.

230. Et in Theæteto adimit sibi scire atque sentire. Neque scientiam, neque sensum esse, quamquam sat obscure, his verbis indicat Socrates Theæteto: Neque igitur videre magis quam non videre quid dicendum est, neque aliud magis sensum quam non. Neque sensus est scientia. Nihil igitur scientiam, magis quam non scientiam, respondimus, dum quid sit scientia, interrogremus.

231. Et in Phædro, post mortem differt sententiam veritatis, &c.] Peculiaria quidem verba apud Platonem in Phædro reperiri non potui, sed eò pertinere mihi videtur, quod ibi philosophatur de animabus, que post hanc vitam in supercelesti loco id quod revera est (sive ipsam veritatem) intueri merentur, et his que revera sunt, inspectis, rursus apud infernum celi partem resurgentur, et quidem multo studio omnes teneri, vivendi campum veritatis, ubinam sit.

232. quod in sanguinis sui memoriam consecravit.] Etsi obscurius hic loquatur, interim suam sententiam explicat; quoniam dicit infra lib. 4. aduers. Marc. Ita & nunc sanguinem suum in vino consecravit. Vbi nō modo memoriam sanguinis sui, sed sanguinem suū propria locutione consecratus dicit.

233. Quod vidimus (inquit) quod audiimus, oculis nostris vidimus, &c.] Paulus alter fortassis, ut sensum visus & auditus ordinem seruaret, et clariss. citat Author hunc locum, quam Græc aut Latine aut Syriace legitur, nēc: Quod audiimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus.

CAP. XVIII.

234. Conuertor ad intellectualium partem, &c.] Etiam hic veterum titulū capitis retinere quis posbit: Quod Philosophi & heretici distinguant inter sensualia & intellectualia, verum clarior est: Quod esti sensualis & intellectualia se separant, apud Animam tamen non ita; quippe quæ sentiam sentiat, dum intelligit, & incontrari.

235. Ait in Phædone, &c.] Omnia ita legendum, pro: in Phædro, pater: nam quacunque hæc verba citat, leguntur in Phædone; idque iuxta vulgatam versionem sic. Quid vero circa ipsam sapientiam adoptionem (sive ut Author κατὰ τὴν commodius transtulit, possessionem) num impedimento (pro quo ad verbum ex Græco εὔποδος Author ita pedimentum) est corpus aut non, si quis ipsum in inquisitione sensum adsumat? Tale vero est quid dico. Num veritatem aliquam habet visus & auditus in hominibus? Aut (semper potius, ut veritatem illud nō Author, An non) talia etiam Poëte semper nobis occidunt (Græc ὅπωλεσσον) quid neque audimus quid exactè, neque videmus? Et quidem si hi circa corpus sensus non exacti sunt neque certi, multo minus alii: Omnes enim his deteriores sunt. An tibi non videntur? Maxime, inquit.

236. Meminerat scilicet & Epicharmi Comici: Animus cernit, animus audit, reliqua surda & cæca sunt.] Adiudicat ad id Author quid, Laertio teste, Epicharmus scilicet (quem Comicum vocat ad distinctionem Epicharmi Medici Cœ) presagierit, quid aliquis (nemp̄ Plato) que ille metro conscriperat, mira verborum venustate, in solutam orationem veriteret. Eundem

cum Phorceo Comicam inuenisse tradunt Suidas Stephanus, editio fabulus 52. aut, ut Lyon sit, 35. quoniam aliquot nomina supersunt apud Athenæum; & utram etiam apud Stobæum quadam eius carmina.

237. Itaque tu: illum ergo ait superflue, &c.] Nemp̄ Plato. Ex eodem enim Phædone (naturam Phædro) haec etiam verba desumpta sunt: Natura (inquit iuxta vulgaratam versionem) igitur parsimonia fecerit, qui ipsa cogitatione ad unum quaque propria fuerit (pro quo Author, qui mente maxime laeta, neque visum adhibens, neque ullum alium sensum (quod) hæc legi debet: neque vilius eiūmodi sententiam ratione adhucens; sed ipsa per seipsum fac cogitatione (Ag. voce Græc) vixit, unamque per seipsum finitam venari constat, separata quæ eius fieri poterit (pro qua sua phrasis Author, si egredi potuisse) ab oculis & auribus, & ut in aliis (quo hic: & quo dicendum sit) ab uniuscūm corpore, quod confundet, & non sinat animam ad ipsa vena ac sapiens, si ad communionem admittatur, hoc voce Tertullianæ: paratura, alibi supra, & nō querenter.

238. Vult enim Plato esse substantias quin &c. quas appellat Idæas, &c.] Eadem penteinfra cap. 32. legitur, & Platonis Idæas ostendit. Qui de Idæis Plato dialogus Parmenianus, ubi interim nō aliud habere vultetur hoc pertinet Idæas, id est (uti recte interpretatur Author) exemplares, rerum, nō ignotis esse. In Timæo dicit: incorporales & aternas esse sine origine & non tuis expertes, sed nec visu nec alio sensib[us] cognoscit, uti Author inuisibilis. Quo pertinet etiam Timæi lib. de Anima mundi, ubi Idæam diuinam, immobilem, permanentem, & de Deo diuinam dicit Author intelligentes sibi fiduciarum plar corum quae generantur. Hinc & Apollonius, Platonis illi adtribuit, quod dicit: Immatum, simplices & aternas esse & incorporeas illud autem, ubi supernaturales vocat Author, et quod habet Apologetic. I. B. Iustini Martini (inquit) principia uniuscūm esse affirmat Deo, ratione, & Idæam; Deum quidem coditorem omniteriam, causam Deo creationis præbentem; Idæam creature cuiusque exemplar. Qui etiam Principia & Idæas in primo supremi celi, neque immobiles collocat.

239. Relucēntre iam heretica feminæ Gethæcorum & Valentianorum] simile est illud formulæ de Prescript. adu. heret. cap. 7. Inde & onechæma nescio quæ apud Valentini; Platonici. Vbi de Valentianorum in Platone confirmatione Quintino Hediso, n. 39. Vnde & hic subiicit: Illarum hereticarum sacramenta: hoc enim fuit & deo, & Genealogia illorum. Atque de Gethæco infra Scorpiaco adu. Gnostic. de Valentianis, sive aduers. Cofdem, num. 1.

240. quam etiam parabolæ decem virginem adtemperant, &c.] Peculiariter hic aliud est adtribuit, cuius supra lib. aduers. cap. 7. est idem conformatio, neque vero etiam apud B. Ireneum.

241. & apud Pleroma constitutam.] De Pleromate vide supra lib. aduers. Valent. cap. 7. num. 39. & Ænon verò appellatione, lib. de Prescript. aduers. cap. 7. num. 39. Atque, neque etiam id quid significat Itaque & sensum dividunt, &c. supra mentionem,

quod obscurè ex reliquis quæ tractantur cap. 25. &c. 29. lib. adu. Valent. colligi posint; ubi tum de spirituali semine agit, tum de animali homine.

242. Ob hæc ergo præstruximus, neque Animum aliud quid esse, &c.] Adludit ad cap. 12. suprà, sicut etiam illis verbis: neque spiritum extraneum quid, &c. ad cap. 10.

243. quia alibi fuerit animus, &c.] Huc pertinet ex parte illud B. Gregorij Nyssib. Philosoph. cap. 3. Vel quoniam mens aliis intendit; ut dum propositum quis amicum conuenire, & iam allocutum præterit eum, eo quod mens aliis distrahit; neque hic est error visus, sed intellectus.

244. Ceterum Animæ principaliter casus est. Verba hec ex eorum sententia adferre videtur, qui ab Animæ Animum distinguunt; sicut etiam illa: quod Animæ digressa, &c. Verum etiam illud argumentum sue opinioni accommodat sequentibus verbis: Quoniam vero loquitur, &c.

245. Sed DE DEO, SVO QVOQVE CAMPO EXPERIEMVR CVM HERETICIS, &c.] Videatur indicare libros suos aduersi. Marc. quos immeditabatur, qui infra habentur. Nam primus & secundus peculiariter de Deo differunt. Vide infra cap. 21. num. 279.

246. Inuisibilitia enim eius à conditione mundi factamentis intellecta vñuntur.] Recitè & aperte transluit: à conditione mundi, quod Græci est: Σοντητεως νοσούς. Item: factamentis, unica voce Lumen etiam vocem Græcam: τοῖς πνίγματι.

247. & Plato hereticis: Facies occulorum ea quæ apparent.] Adfert similes Platonis locos, quos relinquo inquirendo curioso Lectori, ut ad alia pergamus attus.

CAP. XIX.

248. Sed nec illi quidem prætereundi, &c.] Eticet veterem titulum retinendum duximus; Intellectum semper Animæ inesse. Nam eorum argumentum refusat, qui Infantiam sola Animæ putabant contineri quia vivat, non qua sapiat; id ipsum Metaphoricos etiam in arboribus probans, quod et si non proprio, scientiam tamquam etiam ex infantia sua adiunctam habeant.

249. Denique arbores vivere, nec tamen sapere, secundum Aristotelem.] Habet id Aristoteles l. 2. de Anima, cap. 2. Nulla (inquit) prorsus in plantis alia prater eas, quia vivit anima potentia; & c. 3. Et plantis quidem nutrituum est diu taxat; denique ibidem sub finem: At à sensu vegetativum in plantis seungitur.

250. & quis alius substantiam animalem in vniuersa communicat.] Substantiam animalem propter animali seu vegetativa accipit. Nam ea (uti Aristoteles ibidem cap. 4. quem sequuntur in hoc etiam ali Philosophi) maxime communis animæ vis est & potestia, quia cum & viventia vivunt.

251. sed vt Dei flatus.] De hoc supra cap. II. Atqui quod hic dicit: cum omni instructu suo, mox bis: omnem paraturam vocat; & paulopòst (uti etiam adnotauit Latin.) simul accipit, pro simulac, de qua phrasē infra & supra aliquid.

252. Aut unde mox illis & frutices inoculan- tur, &c.] Pulcherrima fruticula iam germinare incipi- tium descripsit.

253. Video enim & item adhuc teneram, &c.] Similis etiam vitis adhuc teneræ & impuberis adnotata dignissima consideratio.

254. sine cornu.] Gagæ aditio habebat: orno, quo puto substitutum fuisse cornu à Gelenio, ex codice Britannico; verum Typographorum incuria subrepisse: ceruo: quod quoniam plane absurdum sit, iterum reposui cornu, nisi quis malit etiam orno retinere. Nam inter arbores, quas vitis amat (uti verbis Authoris utar) virramque recenteri à Plinio existimo lib. 17. nat. hist. cap.

255. ubi postquam ulnum & populum nigrum tamquam amicas recensuerit, in hac verba se bingit: Transpadana Italia, præter sopradicta, cornu, populus, tilia, acere, orno (neque enim repetenda cornus) carpino, queru, arbustus agros.

255. & quidem viriosius amplectabitur, &c.] Vñstatam esti Authori vocem viriola, pro viribus efficacia sive potentia, supra adnotauimus lib. adu. Valent. cap. 16. n. 210. & Tomo 1. lib. de Pallio cap. 4. n. 77. De phrasē etiam illa ad superna conari, lib. adu. Valent. c. 9. n. 100. & Apolog. cap. 40. num. 534. Lugo vero cum Dn. Latino: ramos aliorum definiatos, pro: definiatum; item: timimenti etiam ruinam, pro: timens, quia preedit fructus.

256. cuius anima velut surculus quidam ex matrice Adam, &c.] Similiter cap. sequent. illius scilicet quam Deus in Adam contulit, & matricem omnium fecit. Verum vñrumque ad paradoxum, degedundantia Animarum ex vna, pertinet; de quo latius infra cap. 25. & in Prolegomenis. Placeat autem magis lectio vulgata: pullularit, quam Gagæ pullulavit.

257. Mentiō, si non statim infans, &c.] Paulo alter B. Nyssib. 2. Philosoph. de Anima, cap. 8. Ceterum (inquit) quoniam infantibus in primis vita rudimentis solus irrationalis motus adest; Animam tamen rationalem haber eos dicimus, quoniam adulii rationis actum demonstrat. Tertullianus vero hic, etiam motus quodam rationales ab ipsa prima infancia in eis agnosti vult. At qui de voce: dedicans, vide supra Tom. 2. lib. de Parente, cap. 2. num. 8.

258. Non enim exinde & matrem spiritu probat, &c.] Sic iterum legimus ex Gagæ, pro eo quod legebatur dumtaxat: Exinde & matrem; ubi Non, more Tertullianico, pro: Nōnne, accipitur.

259. At enim Christus, ex ore laetentium & paruolorum expediendo laudem, &c.] Adludit ad illud Marth. 21. Numquam legitū, Ex ore infantum & laetentium perfecisti laudem? quod ex Psalmo 8. desumpsit Christus; significat enim vox Græca γε τηπτίσσω, nō solum perficere, sed etiam expedire. Item illud: quarum altera cum suffragio occursens, pertinet ad pueros clamantes, Hosanna filio David; sicut illud: altera pro ipso trucidata, ad Innocentes pro Christo occisos, sicut legitur Matth. 2.

CAP. XX.

260. Et hic itaque concludimus, &c.] Titulum antiquum huius capituli sic locupletavimus: De ceteris naturalibus Animis, quod etiam semper adiunt.

261. Sicut & Seneca sapè noster: Infusa sunt, &c.] Sapè nostrum Senecam appellat Author, quod in multis cum Christianis consentiat. Quo pertinet illud Apolog. cap. 12. Idem estis qui Senecam aliquę pluribus & maioriibus de veltra superstitione perorantem reprehendistis; ubi vide Adnot. nostrarum num. 183. Certe etiam verbis hic citatis magister Deus ab illo agnoscitur. Ponit adeo eundē B. Hier. in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, eo quod legantur (inquit) à multis Epistole Pauli ad Senecā, & Senecā ad Paulum; cui potius cre-

LLAN⁹
tū in omnibus
di.

dendum, quām Ludou. Vīvi, qui eas ab illis scriptas negat.
Aequimox legimus: Porro ut frugum feminibus,
&c. pro: Porro & quia postea sequitur: Ita & Animam
licebit (quod sicut alibi no semel, pro: liquebit accipitur)
femine vniiformem, &c.

262. Thebis hebetes & brutos nasci relatum
est.] Thebas Baetica intelligit. Vsqueadē autem id ve-
rum est, ut ex pinguedine ingēni quidam Baetos dictos
putent, & in Proverbiis abierint, sua Baetica, Auri
Baetica, & quod proprius huc accedit, Baeticum inge-
nus; de quibus late Erasmus in Chiladiisbus; qui etiam
inde deriuatum putat, quod hebetes & brutos homi-
nes, Germanica & Britannica lingua, Bot, id est Baetos
appellamus.

263. Athenis sapiendi dicendique acutiss. &c.]
Huc pertinet illud Ciceronis in Orat. pro Flaco: Ad sunt
Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges,
iura, leges ore, atque in omnes terras distributae putantur.
Item quod à Platone in Protagora: Athenae prytaneum
sapiencia appellentur. Denique quod idem Dial. i. de Legi-
bus, vocer cuitatem eloquentiae & multi sermonis studio-
sam. Est autē peculiare Auctori quod addit: penes Co-
lytum pueros mente ciuitate eloqui.

264. Siquidem & Plato in Timao Minerū,
&c. Videntur aliud exemplar habuisse Auctor Platonis,
quam verit: nihil aliud Minerū quam regionis na-
turā prospexile, talia ingenia pollicita: nā hodie lō-
ge aliud habet Latinus Platonis Interpres; Dea (inquit).
vobis habitacionem designatae delecto loco in quo geniti
estis, temporum anni temperiem in eo conspicata, quod sa-
pientissimos viros producturus esset. Aut saltem Graecis
voce την εὐεργετίαν ήσθιον την αὐτωχτόνων,
aliter verit, auct diceret: naturam, id est habitandum bo-
nan regionis prospectans; nec male, ὅποι enim Regionis
fines sine limites significantur magis propriè, quam anni
tempora.

265. Vnde & ipse in Legibus, Megillo & Cli-
nia precipit, &c.] Sunt & Diologorum Platonis de Le-
gibus interlocutor: Megillus Lacedamonius, Clinias
Cretensis, & Atheniensis hospes; nihil tamen eiusdemodi
haec tenus in illis reperi potui. Querat curiosus Lector, si
cuit etiam de sententiā Empedoclis, ne sim prolixior, &
loco apud Comicos, qui timidos Phrygias illudunt.

266. Sallustius vanos Mauros, & feroces Dal-
matas pulsat.] Sufficor istud sumptum ex historiarum
libris Sallustij, nam in libro haec tenus adiutus non reperitur.
Aequi illud, Cretenses mendaces, reperitur apud A-
postolum, ad Titum i. cap.

267. ET NOS SECUNDVM FIDEM DIS-
SERENDA SVO IAM NOVIMVS TITU-
LO.] Adiudit haud dubie ad librum de Fato, cuius fra-
gmentum habetur infra Tom. 4. Aequi de Arbitrii li-
berrate, paulopost latius cap. sequenti.

CAP. XXI.

268. Quid si vniiformis natura Animæ, &c.]
Titulum huic capiti, à precedenti separato, damus: Quod
est si vniiformis, conuertibilis tamen sit Animæ na-
tura, id est liberi Arbitrii.

269. ut adhuc Trinitas Valentiniana cædatur.]
Adiudit haud dubie ad Trinitatem hominis, quam fu-
pr̄ lib. præced. Valentinianus adscript, cap. 26. de qua ibi
latius num. 28. Quoniam enim dicat, ut adhuc cædatur,
videtur omnino indicare, quod etiam iam prius ab eo cæ-
sa fuerit, id est impugnata Trinitas Valentinii; atque
ad eam vel hinc colligitur scriptum ante hunc, dictum li-

brum aduers. Valentinianos.
270. si quia prophetauit magnum illud Sac-
mentum, &c.] Etiam iste locus facit ad affirmationem
quod matrimonium sit Sacramentum, adiudicat
illud Apostoli Epheſ. cap. 5. sicut etiam supra cap. 11. &
alibi frequenter; quemadmodum late adiutatur
pr̄ ad lib. de Præscript. heret. cap. 40. num. 248. & lib.
adu. Valentini. cap. 30. num. 328. & infra inſtruſu. cap.
lib. 5. adu. Marcion.

271. quoniam in illum Deus amentiam immi-
&c.] De hac latius Tom. sequent, inter fragmenta
Exifti.

272. quia & materiae fidem ī exclusimus.
nisi est hic adiudit rufus ad librum adu. Hermogen.
c. 13. Aequi adeo conſtat illum librum hic prius.
273. Idem enim conuertibilem negantur
ram, ut Trinitatem suam in singulis proprietate
figant.] Istud quoniam libri aduersus Valent. cap. 26
scriptis eis Auctor, dicens: naturificare (nem-
me) iam spiritualis conditionis, germinatio, ob-
tinebunt salutem, immò omnimo debet
præterea argumentum addit: quo viceversa
ptura, Matth. 7. de arbore bona & mala, quia
aliu scripturis eludit, & egregie confusat.

274. & nemo de spinis metat fucus, &c.
lis vuas.] Haud audubile istud citat ex Luc. cap. 6 in
legitur: neque de spinis colligunt fucus, neque
vuas, aut de tribulis fucus? Quoniam autem singula
legatur ouλέγεται, quod recte veritatem in
colligunt; mirum est quod metat legatum istud
275. Et errauit Apostolus scribens: En-
tos aliquando, &c.] Haud absimiliter. Auct
scripturam ex altera interpretatis, lib. contra cap.
26. Fuit enim aliquando tenebre (mali)
stolis nunc autem lux in Domino. Tamquam
Fuit aliquando arbores mali, & id est non pri-
nisi fructus malos facere; nunc autem lux in Domi-
no, etiam facti estis arbores bone.

276. Sed numquam discordabunt fenes
sanctæ.] Elegans locus & Regula interpretandi
fas sacras per se mutuū.

277. Non dabit enim arbor mala bonis
etis, &c.] Similiter ferè respondeat B. Hieronym. lib.
no. lib. 2. adu. eundem, qui eadem hoc scriptum non
probare, quicunque baptizati essent, tentari, & posse
posse; atque adeo sicut hic loquitur Auctor, posse
ueribilem naturam in homine baptizatis, & in
quis) mala fructus bonos non facit, nec malos.
Si hoc ita est, responde mihi, quoniam Paulus, posse
arbor mala, persequens Ecclesiam Dei, posse fieri bona
bonos & iudas, quoniam esset arbor bona, signo facere
Apostolis, possea versus in predictum fieri bona
malos? Quia ipsa & multo plura in tandem respon-
pla aduers. idem B. Hieronym. Comment. in Matth. con-
dens: Tamdiu ergo bona arbor fructus non faciat,
quamdiu in bonitatis studio perficiatur: & mala ar-
tardius manet in fructibus peccatorum, gradus al-
tentiam non convertitur. Quoniam ictus hic aduers. est
quod etiam hodie quidam eandem heref. scilicet eti-
resuscitare non vereantur.

278. Et geminae viperarum fructum puniti-
tia facient.] Sic etiam pauloprius: nec geminae vi-
perarū (poterunt) facere punitientia fructum & lib.
aduers. Hermogen. c. 12. n. 47 (qua aduers. respon-
sua)

max sequentibus, iam ostendimus & Hermogenes) si-
milariter. Ergo de lapidibus filii Abrahae non suscita-
buntur, & genimina viperarum non facient pœ-
nitentiae fructum, si de malo in bonum natura de-
mutari non poterit. Vertens etiam apud Matth. geni-
mina, eo quod eadem vox Graeca γενίνα τα τα αποδι-
illum quam apud Lucam imminutur. Hoc interim mi-
ram quod non legat: dignos fructus, quum tamen Gre-
co vobisque legatur: ηγεπτως ἀξεστη.

279. habens in nobis subiacet sibi liberam
arbitrii potestatem, &c.] Quomodo libera arbitrii
potest subiacet diuine gratiae, infra latius lib.
2. adu. Marc. ubi ex profeso de Libero arbitrio dispu-
tatur quod haud dubie reficit, quum dicit: Inesse autem
nobis τὸν τελέστον naturaliter, iam & Marcionis
ostendimus. Eisi enim postorius prodierint libri adver-
sus Marcionem, eadem certe tempore saltem primum &
secundum librum scripsisse videtur, quo hunc librum; si-
cui supra etiam adnotauimus cap. 18. num. 245. Atqui
τὸν τελέστον etiam Nazianzeno alicubi usitatum est,
quoniam sibi scripsit τὸν τελέστον περὶ θεοῦ, id est, li-
beri arbitrii facultate donatus, sic etiam Epiphanius, contra
Animam, τὸν τελέστον οὐ θεός θεός dedit, & vnu-
quisque sibi ipse fit peccati tuitor; & Macarius Agy-
ptius homil. 15. τὸν τελέστον, quod primus homini
dedit Deus. Item illud Clemens Alexandrinus lib. 5. stro-
mati τὸν τελέστον etiam Plato per hoc ostendit: Virtus
autem non patet alterius domino, quām prosternit quis
quoniam auctor vel despxerit, erit eius particeps. Eius
quidem culpa, non potest in Deum causā conferri.
Deum enim numquam est causa malorum. O Troiani bel-
lios (inquit Lyricus) Iupiter regnator superūnus, quia om-
nia aperit, non est mortalius causa malorum. Sed omni-
bus hominibus in medio est propositum, ut apprehendant
infirmitatem castā. Quae verba eo hic adlegamus, ut si non
exscriptis, vel ex Ethniciis ipsis concurvatur Caluinus,
Deum faciens causam malorum. Verum de hoc paulo la-
tius Tom. sequi, inter fragmenta libri Tertulliani de Fato.

280. Quod quum soli Deo competat, &c.] Nem-
pe: innatum infectumque esse; quod sit vi supra cap. 4.
Animam natam factamque adfertur, quo tacite ad-
ludit hoc loco.

CAP. XXII.

281. Cetera Animæ naturalia, &c.] Caput hoc, etiā
diuisum à duabus precedentibus, inscribimus: De Ani-
mæ definitione. Nam postquam mentionem fecit denū
terram que tractavit in libro de Anima censu adu. Her-
mogenem, cuius fragmента habentur Tomo sequenti,
Animam definit verbis sequentibus; quibus adeo etiam
paucis in suis quacunque post hoc libro tractata sunt, et
trahuntur.

282. Definimus Animam Dei statu natam.] De
Anima nata habes supra c. 4. quod ex Dei statu, cap. 11.
283. immortalem.] Etsi istud ex profeso non tractet,
quod est tum temporis extra controveriam, frequens ta-
men eius hoc libro mentio, nempe c. 2. 3. 6. 9. 14. & infra c.
24. 38. 45. 1. 53. & 54. ubi de opinionibus philosophorum
cum conscientia diximus, differentes tripartitis hac de
reputatione usque ad initium lib. de Resurr. carn.

284. corporalem.] De Anima, quod corporalis
sit, quoniam ad paradoxam eius istud pertinet, tractavit
late supra cap. 5. 6. 7. & 8.

285. effigiatam.] Quod effigiatam sit, alterum para-
dixit tractatum etiam habes supra c. 9.

286. substantia simplicem.] Istud tractatur cap. 10.
quod uniformis & simplex sit.

287. de suo patiētem.] Quod passibilis, atque adeo
de suo patiens sit Anima, tractatum fuit c. 12.

288. variè procedentem.] De variis Anima par-
tibus sue viribus & efficacis, quibus variè procedit,
vide supra 13. cap.

289. liberam arbitrij.] De hoc cap. 20. ac 21.

290. accidentis obnoxiam.] Adiudicat ad id, quod
pasculum proficit Anima in sapientia.

291. per ingenia mutabilem.] Hoc tractatur
cap. 20.

292. rationalem, dominatricem.] Cap. 16. de ra-
tionali Anima tractatum est, que indignatio & con-
cupiscentia dominatur.

293. diuinatricem.] Huc pertinet, tum quod supra
dixit cap. 19. ubi agit de voce flebili infantum augu-
re incommodorum, tum infra ubi de somnis tracta-
tur cap. 45.

294. ex vna redundantem.] Deinceps istud tracta-
tur cap. 23. 24. 25. 26. 27. scilicet immediate sequitur; nec
(inquit) vt quomodo ex vna reduceret, consideremus,
id est, vnde, & quando, & qua ratione sumatur.

C A P. XXXII.

295. Quidam de cœlis deuenisse se credunt,
&c.] Titulum hic antiquum retinimus: Vnde Anima,
aduersus hereticos qui eam de cœlis deferunt. At-
git autem etiam contra hanc heresin (quippe quam &
Origenes l. 1. Periar. c. 7. tuebatur) B. Hier. non modò Epist.
ad Marcell. & Anaphschiam, que existat etiam inter Epist.
B. August. n. 2. 7. verum etiam epist. ad Demetriad. iuxta
edit. Rom. n. 8. in Epiph. Paul. Epist. 59. ad Au-
tum. & 61. ad Panmach. Similiter etiam Epiph. Epist.
aduers. Ioan. Hierosol. Eodem pertinet quod habet B. Gre-
go. Nyssen. lib. de Anima & Resurr. de his qui nationes
quaesdam animarum ponunt, in peculiari quadam ciuita-
te, antequam ad corporem vitam veniant, viventes, cui
similia reconsent lib. de Ho. cap. 29. & quod habet idem
Philol. lib. 2. qui de Anima inscribitur. cap. vlt. Gradus
vero animarum & ascensiones & descensiones, quas Ori-
genes inducit, nihil diuinis scripturis conuenientes, ne-
que Christianorum dogmatibus concordantes, relinqui-
deantur.

296. vt Saturninus Menandri Simoniani disci-
pulus, &c.] De hoc eiusdem hac heresi late supra lib. de
Resurr. aduers. her. c. 46. her. 3. n. 303.

297. Sed & Carpocrates.] De hoc ibidem cap. 48.
her. 9. num. 30. & infra latius cap. 35. Priori loco de
virtute sublimi despœtrice mundopotérium prin-
cipatum, quippe ex qua dicebat prelatos angelos qui
mundum condiderunt, hic addens, quod Animas ex illa
virtute conceperint; infra vero de Metemp̄schia animarum.
Atqui ad intellectum illius: vt discipuli eius
animas suas, iam & Christo nedum Apostolis, &
persequunt, & quoniam volunt præferant; videatur
Epiph. her. 27. adu. Carpocratem, ubi late id prosequitur.

298. Apelles sollicitatas refert Animas, &c.]
Huius etiam libro iam dicto facta est mentio c. 5. her. 19.
n. 32. 4. & infra Tomo sequi. inter fragmenta Tertull. ad-
uersus Apellem. Huc autem propius accedit quod illi
adribuit Epiph. her. 44. quoniam paulo obscurus: de
animabus ex superni progressis, & in mundū dimissis à
superiori Deo, quod ubi venerunt, delapsi sunt ad malum.
Item quod addit ibidem de animabus, quod non ex volu-

GG

ILLAN⁹
ti anibus

estate superioris Dei venerint, sed per tyrannidem raptoris. Huc etiam respicit ipse Author infra lib. de Resurrec. carnis, cap. 5. quam dicit: Futile & fruolum istud corpusculum, quod malum denique appellare non horrent, et si ignei alicuius exstractio æquæ angeli, ut Apelles docet: sufficeret ad auctoritatem carnis.

299 Examen Valentini semen Sophiae infulcit Animæ, &c.] Istud habes latius supra lib.adu. Valentini. 300. cap. 25.

300. Platonem omnium hæreticorum conditum facit.] Huc pertinet quod supra lib. de Prescript. adu. hæret. c. 7. docet Author, originem hæreton esse ex Philosophia, ubi de hoc latius, n. 36. Et illud adu. Hermog. c. 8. n. 32. Hæreticorum Patriarchæ Philosophi. Peculiariter autem non solum Pythagore ac platonis, sed & reliquis platonicis, hunc errorem adscribit B. Hieronym. Epist. ad Marcell. & Anaphys. ac ad Pamachium suprascitis; immo vero etiam ipsa verba platonis, quibus id adserit, subiicitur ab Author.

301. Illius est enim ut in Phædone, &c.] Videtur respicere ad illa verba Socratis in Phædone Platonis: Verus equidem sermo quifiam hic est, cuius nunc mentionem facimus, quod hinc abeuntur illuc (sic enim lego ex Tertull. pro: illuc, eo quod utrumque vox Graeca ex ea significet) sint, & rursus hoc redeant. & rursum: Euerunt ergo & similia, Anima nostræ etiam prius quam in homini specie essent, absque corporibus, & parentiam habuerunt. Huc autem adiutus saturninus hæret.

302. Item in Timæo, quod germina, &c.] Germina Dei vocat Author, quos, Dei filios, Plato. Sic enim habet in Timæo, ipsis hic citatis verbis: Mortalium autem productionem filios suis absolwendam demandavit. Hi vero illum imitantes, Excepto immortalis animæ principio, postea mortale corpus ei circumdederunt, &c. ne prolixiores simus. Istud autem ad hæresin Apathis proxime accedit, & ad Carpocratios, quantum ad mundificaturam adinet.

303. mortale ei circumgelaerint corpus.] Verba illa loco mox citato Platonis, de influxu & de fluxu animarum in corporibus cum conglutinatione, tribus his verbis Metaphoricos expressit; tamquam se circumgelati essent illi fluctus seu defluxus, ad separationem usque Anima & corporis; maxime quoniam eodem libro duis postea etiam ipse Plato humores in corporibus grandiores congelari dicat. Neque vero istud hic dumtaxat, sed etiam supra, nimiam siue opinioni tribus de Anima corporeis, c. 9. qui dicit: Flatum illum Dei (id est Animan) in interiora transmissum, & per yniuersa spatiis corporis diffusum, similiisque diuina aspiratione densatum, omni intus linea expressum esse, quam densatum implearat, & velut in forma gelasse. Inde igitur & corpulentiam Anima ex densatione solidatam esse.

304. Tum, quod mundus hic imago sit alterius.] Istud ita expressit ubi supra Plato: His autem ita se habentibus, etiam necesse est mudum imaginem aliquius esse. Hinc vero videntur Valentiniiani suas mutuas imagines.

305. Et: Animam retro in superioribus, &c.] Non potui aliud reperire in Timæo Platonis hic pertinet, quam quod Deus summa opifice constituto uniuerso diuisit animas, equali cui fideribus numero, et singulas singulis as-

gnauit, & velut in vehiculū impositis uniuersi natura ostendit, & leges fatales ipsi exposuit, quodque omnia prima quidem futura esset ordinata una omnibus, quoniam autem ipsis seminatas in singula conuenientia fragiles instrumenta corpora nemp̄ producere animaliū uno cultu deditisimū. Quo libro quoniam nūquam dicitur, magis puto istud ad Phædonem referri, cum paulo prius meminit, ubi utrumque reperire est.

306. Magisq; etiam supra, id est, discentias reminiscencias esse.] Locus iste bandubus ex phædoni ex Timæo, platonis de sumptu est. Sic enim ibi legitur, secundum illum sermonem (inquit Celer) & Socrates, quem tu frequenter refere solis, enī uālōtis & dōlōtis nā arālūnōtis royyāzānōtis id est, si ad verbum cum Tertullianis vertamus: quibus dulcentia non aliud sit quam reminiscencia, quo interpres platonis verit; quod discrepabit de nobis quam recordari) & secundum hunc (inquit) esse est nos in priore quodam tempore didicisse capere recordamus. Hoc autem scripsi non posset, si non habebam Anima nostram, prīmā quām in hac sc̄iē uero ret. Atqui mox & Simius id ipsum ibidem dicit, & multa rationibus, non modo Cebes, sed & Socrates paradoxos hoc confirmare nituntur; verum agnoscat Author cap. proximo.

307. Venerantes enim inde huc Anima, &c.] Etiam hoc ibidem paulo posteriori adnotat Socrates; verum hoc imprimis impugnat dicitur capite Author.

CAP. XXIIII.

308. Primò quidem obliuionis caputnam non cedam, &c.] Veterem titulum tenere retinuimus: Aduersus Platonis argumentum, quod discentias reminiscencias vocat. Quidque ipsius paradoxon, etiam ante Tertull. impugnat per lib. 2. aduers. hæret. cap. 29. & B. Gregor. de soph. lib. 4. cap. 7. ac etiam B. Augustini lib. 20 ad litt. cap. 9. 10. II. ac lib. 10. cap. 4. Item ad Trinit. cap. 15. & l. 1. Refrat. cap. 4.

309. quia tantum illi concilii diuinissimi Deo adaequetur, &c.] Pater ex ipso Phædonis rationem explicatur, ut pote quoniam illi legitur, verbis quibus hic Author vitetur: Aut non uero (inquit) diuinum quidem tale natura esse, ut mentis & principiatus gerat; mortale vero, ut seruit & glorietur sit: Misi sancti. Ut rigitur Anima similitudinem, & Socrates, Anima diuina, corpus mortaliter (inquit) itaque, & Cebes, an ex immobili relatioib; efficiantur. Diuino quidem, & immortali gemitu (pro quis intellexit) uerit Author quod formi, & cōgratulatio (quod alibi ad uenientem dissolubilem, hic vero: incorruptibilem molit) & semper similiter & secundum eadem se habent. Omnia ita, ita similem ut adaequetur illam. Et paulo post: nā arālūnōtis royyāzānōtis, Anima vero que inuisibilis est. Atque quoniam hanc natam dicat, vide supra num. 34. vobis incorpoream, n. 61. ubi ineffigiablem, num. 110. vobis principalem, 191. ubi denique rationalem, num. 207. 108.

310. quod natam eam agnoscimus, &c.] Re habes supra cap. 4.

311. SATIS DE ISTO CVM HERM.

GENE.] Iterum adludit ad librum De Censu Animæ aduersus Hermogenem, cuius fragmenta habes Tomo sequenti.

311. memoria scilicet, quam & ipse Plato sensuum & intellectuum salutem.] Iterum ex Platonis Philebus in Platonem argumentatur, quod non modo obliuionem, memorem, sed potius εξ οδύ Memoriae dicat, verum etiam diserte από τοντος τα τριπλακα, pro quo plurius numero veritatis Autor salutem sensuum & intellectum, eo quod Graeca vox & sensum, & intellectum significat.

312. & Cicero thesaurum omnium studiorum praedicavit.] Adludit opinor ad lib. i. de Oratore Ciceronis, ubi thesaurum rerum omnium memoriam vocat. Citamus autem sicut etiam supra Cicero in Tusculanis ab Auctore Tom. i. cap. vlt. Apolog. & de Ciceronianis mensis infra loquitur, cap. 33. & supra lib. de Pal. cap. 5. num. 101. ubi M. Tullius vocat.

314. Natura componet Animam facit Idæatum illarum, an non?] Respondebat ex Platonis sententia: Immo natura, inquis. Et recte; nam cap. præced. citatum fuit hunc eiusdem, ubi dixit: Animam retro in superioribus cum Deo egisse in commercio Idæum. Porro de Idæis vide supra cap. 18. num. 238.

315. quia ut præmisimus, & pro locis, &c.] Intra nomen cap. 19.

316. cum toto suggestu iubarum, delictum fieri Berenices alicuius reginae.] Non solum adnotamus suggestum pro ornato accipi ab Auctore. Atqui quod alicuius Berenices Regina mansuetudine eruditus Leo delictum fuerit, tradit Alianus lib. 5. de Animal. cap. 39. Addit autem alicuius, tum pro more loquendis, tam quod plures eius nominis fuerint. Præterquam enim quod, Plinio teste lib. 7. cap. 40. fama celeberrima fuerit Berenice, & filia, & soror, & mater Olympianicarum; celebratur etiam Berenice mater Philadelphi, & eiusdem filia; item apud Iosephum Berenice Herodis filia, & altera Salomei sororis eiusdem filia. Portatis autem eodem pertinet, quod ait Plinius lib. 8. cap. 16. mulierum alioquin multe solere leones.

317. & si languenti theriacam composuerit, si-mia Leo requiret.] Adludit ad illud Plinius loco citatum. Agritundinem factidij tantum sentit, in qua medetur cunctumelia, in rabiem agentem annexarum lasciviarum sanguinarum.

318. gallum tamen formidabit.] Etiam hoc ex Plinio ibidem: Arque hoc (inquit) tale, tamque sanguinum animal, rotarum orbes circumacti, curvissime inanes, & gallinaceorum crista, canthique etiam magisterent.

319. memor semper manducandi, &c. & oculis videndum, &c.] Varias casus in Gerundinio; nam memor, & memini, non modo ut communiter, cum Genius, sed & cum Accusatio conseruantur. Atqui de ea quod sensus Philosophia deprecia, vide supra cap. 13.

320. Ex multitudine, ait, temporis.] Adludit ad verba illa Platonis in Phædone: Nonne recordatio est, maximè ubi alicui acciderit circa illa, quorum per tempus, & eo quod diu non confinxit? pro quo translati Auctor: ex multitudine temporis. Verum etiam istud pulcre Auctor refutat, ex eo quod innatam Plato. Animam dixerit, & proinde eternam, sine tempore initio.

321. Sed rursus Plato causam demutat in corpus, &c.] Et si non omnino disertis verbis istud in Phædone Platonis reperiatur, satius tamen id indicat, ex eo quod dicit corpus impedire Animam quo minus sapiimus, tum inde, quod, non ex quo nati sumus, sed diu posset recordari, & proinde scire, incipiamus.

322. Multa item documenta, teste ipso Platone, diuinationem Animæ probauerunt.] Inter alios venit hic adnotandus locutus Platonis in Phædro: Etiam Anima vaticinandi quandam vim habet. Eodem pertinent que infra dicuntur cap. 45. de somniis.

323. QVÆ PROPOSIVIMVS IAM HERMOGENI.] Rursum adludit ad librum de Censu Animæ aduersus Hermogenem, cuius fragmenta de diuinatione Anima habes Tom. sequenti.

324. Plato scilicet solus, &c. Idæatum & oblitus & recordatus est.] Locus est in Platone, qui primus Idæatum somnia in lucem emisit, scripto eius argumenti Dialogo, quem Parmenides inscripti, & frequentissima alicuius mentione iniecta, quemadmodum etiam supra adnotamus e. 18. n. 238.

CAP. XXV.

325. Iam nunc regrediar ad causam huius excessus, &c.] Veterem titulum huius capituli sic locupletauimus: De conceptu Animæ, aduersus eos, qui post partum corpori eam inducent, ex respiratione infantis aut frigido aere circumfuso. Atqui Animam corpore non esse posteriore multis argumentis probat etiam B. Nys. lib. de Creat. homin. cap. 29. & sequent. ac lib. de Anim. & Resurrect. Id enim hic propriè tractatur; illud vero paradoxon quod hic tractandum etiam proponit: quomodo omnes Animæ ex una redundant, tractatur infra cap. 27.

326. sed & effuso sanguine partu, nondum viuo infanti, extrinsecus imprimi, &c.] Eandem hanc opinionem impugnat alicubi Plutarchus; & pulcherrime Laetant. lib. de Opific. Dei, cap. 17. Varro (inquit) ita definit: Anima est aer conceptus ore, deferre factus in pulmone, reperfactus in corde, diffusus in corpore. Hec apertissime falsa sunt. Anima non est aer ore conceptus, qui multo prius gigantur Animæ, quam concipi aer possit. Non enim post partum insinuatur in corpus, ut quibusdam Philosophos placet: sed post conceptum protinus cum foetu in utero necessitas diuina formavit; quia adeò vivit in visceribus genitricis, ut & incremento augetur, & crebris pulsibus gestas emicare. Deinde abortum fieri necesse est, si fuerit animal intus extincione.

327. Hoc Stoici cum Aeneasidemo.] Nempe sic ut etiam infra Auctor repetit cap. sequ.) quod de aëris rigore vim animalem anima rapiat. De Aeneasidemo vero vide supra cap. 9. n. 117. Stoicorum autem hanc opinionem vide apud Plutarc. lib. 5. de Plac. Philos. cap. 15.

328. & ipse interdum Plato, quum dicit perinde animam extraneam, &c.] Sic omnino legimus, pro eo quod incongrue legebatur: anima. Atqui Platonis locum, ad quem adludit (hacenus à me non inventum) interpretatur Carpentarius in T. cincor. cap. 17. Institut. Platon. non de animatione, sed de

perspiratione, idque ex Platino, cap. 19. ac 33. lib. 1. de dubiis Anima, & Mars. Ficin. Theol. Platon. lib. 18. cap. 3. Re-

petitur tamen id ipsum ab Auctore ea, sequenti qui dicit: Et si ipse Animam de prima spiratione portabat Platonico more.

329. Ne ex Medicis quidem defuit Hicesius, &c. Apertissimam sententiam infra hoc ipso capite sic explicat: Hicesius iam natu Animam superducens, ex aëris frigidi pulsa. Atqui vocatur Hicesius non pars autoritatis Medicus à Plimo l. 27. cap. 4. & ab eodem citatur lib. 20. & septem sequent. in Catalogo Auctorum, & in contextu lib. 14. cap. 19. ac lib. 22. cap. 16. Denique etiam ab Athenaeo non procul ab initio lib. 7.

330. At quanto roborat exitus, à fœminis reuinci, &c. Sic iterum logo cum Gagno, pro eo quod Galenus substituit: Aut, Eleganter autem confutat horum sententiam per experimenta ipsa fœminarum, in quibus ita viuacitas sentitur infantis, ut palpitent ilia, micent, id est quodam modo ludant, laterat, tota ventris ambitio pulsatur. Legimus autem etiam omnes, &c. cum Gagno: an & audiatur iam in vobis.

331. Atquin & in ipso adhuc vtero trucidatur necessaria crudelitate, &c. Hic tanquam Medicus adfert arca Medicorum peremptoria viventis infantis, quibus infans (inquit) trucidatur necessaria crudelitate, ne matricida sit iamiam moriturus. Quæ interim verba ista sunt intelligenda, ut ex Medicorum illorum veterum Ethnicon loquuntur sententia, non sua. Si enim iuxta Archidac. & alios Summarum Auctores, non licet pregnanibus petiendare, ut abortiant ad præferuandum ea à morte; certe multo minus infans in vtero per instrumenta illa, quorum hic sit mentio, licebit trucidare; maximò vero, quod mors Anima, nem̄ pars sine baptismō morientis, multo magis sit vitanda, quam mors corporis matris prægnantis.

332. cum hebete vno Quo totum pecus adstrahitur, &c. Non hic usurpas pecus, præfatu in utero mortuo, seu cadavere infantis, pro quo quidem Gagnae legebat: facinus. sed non placet; eo quod infra lib. de Resurrec. carn. cap. 34. dicat: quod pecus totum est, loquens de homine composto ex anima, & carne.

333. Est etiam æneum spiculum, &c. De hisius usu & ministerio vide Corn. Celsum, lib. 7. cap. 2. Vnus est medicinalis ad educendos frustis, mortuis, præferrim. Quibusdam videtur esse instrumentum, ovum & sine piezop dictum ab Hippocrate lib. de superficie. & lib. 7. περιοχαις: quod Galenus ἐμβρυοθλάγμων expavit.

334. quia & ipsius vocabulum Animæ penes Græcos, &c. Adludit ad Platonem in Cratyle, quem sequitur etiam Origenes in libris Periarchon. Arbitror (inquit Plato) illos qui sic Λύκα vocarunt, hoc potissimum cogitasse, quod hæc, quæstus adebet corpori, causa est illi viuendi, respirandi, & refrigerandi, τὸ ἀνατοξεύνων exhibens; & quum primum desierit, quod retrigerat, dissolut corpus & interit. Certe etiam Λύκα refrigerare significat. Impugnat autem etiam in libro Auctori cap. 27. Et si (inquit) frigidum nomen est Anima Græcorum; quare & corpus exempla frigida frigera?

335. quia Animam aliud quid, &c. cognomina-

uerunt? Confirmat hic eorum sententiam. Anima, non sicut & ceteris, id est vento, nascitur, cordaret parum precedenti etymologe & vero Graeci Latina colonia faciunt, uti ipse Cicerio in Tuscul. sicut dicit. Quare recte, post Lattani, loco supradicto non 326. eam definitione impugnari sacerdoti. Etym. nullum subiungit: sed Anima dicta propterea quod nominis pertinet etiam illud Nonij Marcelli: Anima qua summa; ut nemp̄ ab animando dicatur.

336. Quantæ vero nationes sub feruendissimo axe, &c. Intelligit nationes que sub Zena media consenserunt, quam iuxta Pompon. Melam lib. 10. quod infestat, cuius situs ob ardorem intercedent plures cognitus.

337. extra Germanias, & Scythas & Alpes, & Argæos, &c. De Germaniis & Scythis & Sarmatis vide supra Adnotat. nostri Tom. 1. lib. adiuncta Iud. cap. 7. num. 44. Alpes omnibus nota sunt. Hoc vero quos nuncupat, hacten reperiuntur licet non apud Plinium, neque apud Ptolomeum, Melas, & Solinum; quare sacerdoti mundum esse, aut antiquos vocatos, quos Ptolomeus Sarmaticos monte vocat, graph. lib. 2. cap. 11. Tabul. 4. Europa, qui sopravivunt nubij sunt, idem etiam cum Apollonio nomine bentes.

338. qui execto matris vtero vivi aëre liberunt, Liberi aliqui, & Scipiones. Debet huius quem imitari soler, lib. 7. cap. 9. Aufidus secundente signuntur. Sicut Scipio Africani primusque Cæsar à casu matris vtero distin. Cæsara & Cæsonis appellati. Adhuc autem Liberius adludit ad fabulam, cuius meminit etiam Plinius cap. 21. qua creditur ex Ieus semini nam, exfectus Liber.

339. Quod si qui, ut Plato, perinde duas Animas in unum conuenire, &c. cap. 6. Chrysippo adscribit, non Platon, & genitum corpora negat, vbi. vide num. 50. In tone autem, quod duas animas in unum conuenire non possint, hacten reperi nequimi, ratiocinio curioso Lectori inquirendum.

340. demonis scilicet, nec vnius, &c. De hoc vide supra cap. I. num. 12.

341. verum & leptonari spiritus, vniuersaliter, &c. Adludit ad illud Marti 16. Mercurii 17. Lenæ, &c. Quæ eicerat se pcam demonia. Item 18. habetur Marti 5. de dæmonie Geraleno reformata. Legio mibi nomen est. Sine autem legi conferuntur Gagnæ, sive: conficerunt; perinde miti veluti.

342. Ad idem in sexto Legum, &c. Plautini intelligit. Videtur autem ad illum locum fieri legum libri eiusdem adiudicare, vbi dicit: Per immensum tempus, quo quis generat, verteri poterit, & non ultra quæ morboja sunt, neque ea que cum essentia aut insurta conuentia sunt. Nam in Animis & corpora eorum qui generantur, imprimi affirmantur se est. & penitus deteriora generare.

343. secundum Cleanthi testimoniam, &c. hoc etiam supra c. 5. n. 75. Aqui suppeditare videntur Auctori visitatisimum, quæ etiam vixit infra 100. annos.

344. Cur autem & veteres Astrologi genitum hominis, &c. Supra etiam aliquod de Astrologia. Etum est Tum. 2. lib. de Idolol. cap. 9. n. 4. & Tum. 2. lib. adiuncta Matr.

CAP. XXVI.

345. Sed omnis inegalitas sententiae humanae, &c.] Caput hoc, maioris elucidationis gratia separatum, eiusdem est argumentum cum precedenti, nisi quod ex scriptis sacris suam probet Author sententiam. *Quia de Proverbiali formula: in nostris iam lineas gradum colligam, vide nostra Prolegomena. Malo autem legere cum Gagno: De tuo frater (id est Christiane) fundamento, fidem adificem, quam cum Geleno: adificem, et quod praeceperit: probem.*

346. Ecce vifcera Rebecca, &c.] Late prosequitur historiam Gen. 20, de Rebecca & duobus eius filiis, non in utero, tum in partu, qui nisi iam animati non potuerunt pugnas illas intentare.

347. Alpice etiam singulares conceptus, &c.] Similiter etiam hic conceptus Joannis Baptista & Christi, ac matutinam agitacionem infantium adhuc in utero, de quibus Luc. 2, Pulsus vero: Exultat (inquit) Elizabeth, Iohannes intus impulerat, glorificat Dominum Maria, Christus intus insinxerat.

348. Sic & ad Hieremiam, &c.] Ad eiusdem rei compatriationem, etiam Hieremie Prophetae ex cap. 1. testimonio adfert, id ipsum conferens cum sepius citato loco Gen. 1.

CAP. XXVII.

349. Quomodo igitur animal conceptum, &c.] Inscriptioenem huius capiti, etiam a precedentibus diverso distincto, damus: Animam simul cum corpore recipisci, confici, & perfici. *Quod ipsum repetitum ab Autore cum supra, tum infra c. 36. quod ad paradoxam Tertullianum pertinet, longiore ea de re tractatum ad Prolegomenum differimus, hic adduxisse contenti illam Genesij seu alterius cuiuspiam definitionem Ecclesiasticon: Animas hominum non cum corporibus seminaris, sicut Luciferiani, Cyrilli, & aliqui Latinorum (inter quos baudidius Tertullianus) presentes affirmant: sed formata iam corpore Animam creari & infundi à Deo. Verum hoc de Animalia rationali intelligendum; nam quod Animas vegetatas in Animalibus omnibus simul cum corpore seminatur, nemo dubitat.*

350. Si mors non aliud determinatur, quam difunctionis corporis Animaeque, &c.] Latius hoc infra deducit. 42. Sed inde non colligitur, simul cum corpore Animam seminatam; sed sufficit, quod Deo Animas creante, siat eadem momento vita hominis per coniunctionem corporis & Animae. *Est enim falsissimum quod addit Author: Porro vitam à conceptu agnoscamus, quia secundum Physicianorum Medicorumque sententiam, non nisi 40. die animatur masculus, sêmina vero die 80.*

351. Tunc si alteri primatum damus, alteri secundatum, &c.] Addamus iterum: Tunc, ex Gagno, qua Tertullianum est, sicut etiam voces primatus & secundatus. *Atqui confutatur hoc argumentum per sui absurditatem, à B. August., Epist. 157. ad Optatorem, de Origine Animae: Nam (inquit) et illi qui Animas ex illa zona propagari assertunt, quam Deus primo homini dedit, atque ita ex parentibus eas trahi dicunt, si Tertullianus opinionem sequuntur, profecto est non spiritus sed corpora esse contendunt, & corpulentis seminibus exoriri. Quo permissus quid dici potest? Quare etiam ipse Aristoteles lib. 2. de gen. animal. cap. 3. proposita sibi quæstione, an om-*

nis Anima producatur à virtute feminis: respondit omnem producti, præter intellectuum.

352. Concubitum libido, non conditio fœdavit, &c.] Palcherrimus locus (sed qui nihil faciat ad confirmandum Tertullianum paradoxon) de matrimonij statu benedicto apud Deum, aduersus Marcionem, de quo latius infra sub finem lib. 1. aduersus Marcionem.

353. In hoc itaque sollemni sexuum officio, &c.] Illud disertus verbis impugnat Lactant. lib. de Opificie Dei, c. 19. Illud quoque (inquit) venire in questionem potest, Vtrumne Anima ex patre, an potius ex matre, an vero ex utroque generetur. Sed ego id measure ab antiquis vendico. Nihil enim ex his tribus verum est; quia neque ex utroque, neque ex alterutro feruntur Anima corporibus. Corpus enim ex corporibus nasci potest, quia certum est aliquid ex utroque de Anima. Anima non potest, quia ex re tenui & incomprehensibili nihil potest decedere. Ita que ferendarum Animarum ratio unica de soli Deo subiaceat. Nam de mortalibus non potest quicquam, nisi mortale generari. Nec putari debet pater, qui transfundisse aut inspirasse de suo (directe contra Tertullianum paradoxon) nullo modo sentit, nec si sentiat, quando, aut quomodo id fecit, animo comprehendit. Ex quo apparet, non à parentibus dari animas, sed ab uno eodemque patre omnium Deo, qui legem rationemque ascendendi tenet solus, sequidem solum efficit.

354. Denique vt adhuc verecundia magis pericliter quam probatio.] De hac phrasē vide supra l. aduersus Hermogenem, cap. 21. num. 74. Vtitur eadem etiam infra cap. 30.

355. ex adflatu Dei Anima.] Sicuti veritas nunquam superari potest, sibi ipsi contradicit Author supra cap. 3. ac 11. dum ex adflatu Dei Animam probat; quippe quum ibi adflatum Dei spiritum interpretetur, hic vero non aliud (absurdissimum) profectio quam vaporem spiritus. *Atqui de voce estruticare, Author etiam visitata (vide supra l. aduersus Valentim). Et adicimus iterum vocem agitur, legentes cum Gagno: tota hæc Animarum redundantia agitur.*

356. Et presint piscibus maris.] Pluraliter veritis praesint, ex Greco apud 70. ἀρχαὶ τοῦτοι; quum Hebrei singulari id legant numero, & etiam B. Augustini modo emendati sint codices, lib. 1. de Gen. contra Manich. cap. 17. & 18. Verum propositus id est ad rem quæ hic tractatur, impertinens.

CAP. XXVIII.

357. Quis ille nunc vetus sermo, &c.] Veterem titulum retinuimus huius capiti: Aduersus Platonem, non ex mortuis fieri viuos. Locus Platonis in Phædone est iste: Verus equidem sermo quispiam hic est, quod hinc abeuntes illic fint: & rursus hoc rediunt, & ex mortuis sunt viuentes.

358. Pythagoricus, vt volunt, quidam diuinus, &c.] Interpretatur Author cuiusdam fuerit ille vetus sermo, dicens secundum quodam Pythagoricum putari, de quo mox latius, at sua sententia Albino, de quo latius infra cap. 29. num. 371. attribuendum, aut Mercurio Ägyptio. Addens: forsitan, quod non nisi obserre tale quid indicet; quum Pimandri cap. 13. dicat Animas malas in alia corpora, sed humana transire. Id enim est ex mortuis viuos fieri. Loquor de Herm. Trismegisto, quem Mercurium Ägyptum non semel vocari ait

GG iii

LITERIS
ET CINIBUS

Auctore supra adnotauimus, cap. 2. num. 23. vbi habet quod huic etiam facit: vt Mercurium Ægyptum, cui Plato adlueuit, qui etiam infra citatur cap. 33. num. 404.

359. Multo antiquior Moses etiam Saturno, nō gentis circiter annis.] si quis consideret quod habet Terentianus Tomo 1. Apologet. cap. 19. non mirabitur quod hic Moses Saturno 900. circiter annis antiquorem dicat (ibi enim habet: Moses mille circiter annis cladem Priami anteccissile.) Nam (uti iam olim responsum ad Epistolam hac de re Francisci Baldini 1. C.) Ensebio, Beda, ac Hernanno Contracto testibus, non nisi 150. annis ante Aeneam in Italianum aduentum Saturnus regnasse legitur. Si itaque mille annis cladem Priami antecessit Moyses, Saturno profecto antiquior est 900. circiter annis. Scio quidem alios in alia esse sententias, verum a Iosepho haec sumpsiisse nostrum Auctorem, uti supra adnotauimus num. 280. dicit Apologet.

360. Si vero Samius Sophista, &c.] Quis iste, Author indicat mox subiiciens: Certe ille Pythagoras, utporū qui Samius fuisse educatione & studio scribatur à Suidā, et si Tyrhenus nativitate. Sequi defensum eius ad inferos etiam Suidas creditit, quam (ut verbis Authoris vtr.) narret cum illius vidisse, qua de posteris mortuis nisi apud inferos non videretur cognoscere potuisse; Hesiodi nempe animam aenea columnæ alligataj stridentem, Homeris vero de arbore pendente serpentibus circumdatam propter ea (siles) que de Diis dixissent, Mendacij etiam & vanitatis, quoque semper vanas fabulas tamquam infantibus credulas fixerit, notat Pythagoram Laertian. lib. 3. cap. 18. & lib. 7. cap. 23. Verum Authoris nostro peculiare est, quod Mortem simularit, subterraneo latirat, leptenni illic se patientia damnans, unica matre conscientia, & vbi satis visus est corporalientiam interpolasse (hoc est corpori praemacilenta horrorem quandam conciliasse) de adytis fallacia emeruisse, ut ab inferis redditur.

361. quomodo mihi persuadebit Äthalidem.] Omnia si lego ex restitutione Pauli Leopardi, Eminent. lib. 8. cap. 3. pro eo quod erat corruptissime: Ephalidem, & similiter adeo etiam infra cap. 31. Äthalides autem, pro: Ephalides. Nam Pythagoras se dicens ex mortuis viuum, & ex inferis reducens, ut puerulorum (de qua cap. 31. latius) statueret, iuxta Laertium & Interpretem Apollorū, Äthalidem, non Ephalidem, Mercurij filium, primum se fuisse adserebat; qui & praeceps fuit Argonautarum, Apollo- nio teste.

362. & Euphorbum.] Ut ex Äthalide in Euphorbum transmutum persuaderet (iuxta quod etiam Suidas & Philostratus scribunt) uti mox sequitur: clypeum Euphorbi olim Delphini consecratum recognovit, & suum dixit, & de signis vulgo ignotis probavit. De quo etiam sic Laertian. lib. 3. cap. 18. Nisi forte credamus incepto illi seni, qui se in priori vita Euphorbum fuisse meritum est. Hic credo, quod ignobilis genere natus, familiam sibi ex Homeris carmine adaptaverit; quippe qui Euphorbum à Menelao occisum scribat Iliad. 10. Verum id his verbis refutat Author infra cap. 31. Atquin scio non ita fieri, quum Pythagoram, Euphorbum mihi opponis. Ecce enim Euphorbum militarem & bellicatam Animam satis constat, vel de ipsa gloria

clypeorum consecratorum; Pythagoram vero tam refidem & imbellem, ut praelia tunc Gracianitas, Italiae maluerit quietem, Geometrica & Astrologia & Musica deuotus, alienus studi & adfectu Euphorbi. Confusat etiam hic tandem populus: Denique (inquit) qui se Euphorbum ex argomento clypei probarat, cur neminem Trojorum commilitonum æquè recognovit? Nam ille iam reuixisset, si viui ex mortuis fuerent. Minus iterum his verbis cap. 34. Sicut in Pythagora Euphorbus, & rursum lib. de Resurrec. can. cap. 7. ut Euphorbus in Pythagoran, paucis Homerum; vbi de his latius ex Rheno.

363. & Pyrrhum piscatorem.] Itud etiam piscatoris cap. 31. refellit: Sed & Pyrrhus ille fallendi pectoribus agebat: Pythagoras contraria nec edendis, ne malibus abstinens. Delium autem illum pectora fuisse scribit Laertius.

364. & Hermotimum.] Rursum hanc utram Leopardo acceptam deles, ut & supra cap. 2. in legatur: Hermotimum, pro eo quod legatur natus. Herippum. Atque adeo etiam infra legatur cap. 31. Äthalides autem & Hermotimus tabuno que in pabulis communibus inuerterat; Pythagoras vero ne per fabalia quidem transeundum videt. Comprobant autem id ipsum Leopardum in libro Laertio & Luciano, qui Dialogo titulo Himeri inscripti, sed ipsius Tertull. infra cap. 44. latius.

365. Respice ad Hypogaeum, &c.] Vnde terraneum significat: atque adeo videtur aenigmatum pro sepulcro, ac si dicat: se idem sepulcrum ait corpus Pythagoris, quod olim fuit Euphorbium esse, quod idem fuerit Pythagoras, fuisse Euphorbus.

366. Scimus etiam Magos elicere empli occultis.] Propterea Magorum meminimus, quod Plin. teste lib. 30. cap. 1. Pythagoras, impiorum Democritus ac Plato, ad Magiam addiscendam uerint, reuersi predicatorint, ac in arcans habuerint, qui de Magia infra latius cap. 56. & 57.

367. per catabolicos.] sic cum Gelenius, pro eo quod Gelenius substituerat: processibus in hoc secundus Turnebus Advers. lib. 26. cap. 2. ab eo citatur ex Fulgentio Campestris Maron in Canticis, & additum: Catabolicos spiritus inserviant, faustosque genios, qui eum in quo sunt leviter impinguant, deincepsque per furorem. Quid vero, si sic diuine quam calamitosores; quum ex ceteris & in tantis versis Cleobolis pro calamina vibrarent?

368. & Paredros.] Paredros spiritus diabolus dici ibidem Turnebus adnotat: oblique dicit, qui paret in cui absident, & familiares sunt.

369. & Pythonicos spiritus] Pythonicorum spiritus mali, frequentiss. est in sompno, Deuter. 18. Levit. 20. 4. Reg. 21. 1. Paral. 20. 8. & Act. 16. Hoc interim notandum, quod tam noster Latinus, Mulier Pythonem habens ventrum 29. quod Graece est: ἐγγενέσθη τοιούτην πάθη in ventre demonem habens, qui per te esse demonem let. Et recte; nam etiam Plutarchus aliunde abcepit τὸ θυματήριον, suo tempore vocatum, quem dum ἐπηρεότας dicebant. Atque de Pherecyde Pythagorus prosto vide supra cap. 2. num. 28.

ERTULI
Com. Arnolda
PARICE
AN
16.

C A P . X X I X .

370. Mortuos quidem ex viuis effici constat, &c.] Titulum hunc capiti, maioris elucidationis gratia, à priori disiuncto, damus: Ad argumenta Platoni responso. *Arqui refellit imprimis argumentum illud Platoni*: Mortuos ex viuis effici, ergo & ex mortuis viuos; quod ille in Phædone probare ntititur ex regula illa Philosophica: contrarium ex contrario fieri. Verum etiam eam impugnat exemplis manifestis. *Auctor*: Sunt autem voces Tertullianicae: alternant, visualitatis, obrudi.

371. Hec & Albinus Platoni suo veritus, &c.] *Mira est hac phrasis*, veritus cum Datiu, Ciceroni tamen vistata, quum 4. Academ. dixit: *Vos autem mihi veremini*. *Arqui* Albinus, cuius etiā meminit cap. præd. Platoni magistri sui, ut loquitur *Auctor*, scripta interpretatus, scripsit *l'agogicum Dogmatum Platoni*, & alterum librum de Ordine librorum eiusdem; qui Graec exstant Roma in Vaticano, & Vetus ad S. Antonium.

C A P . X X X .

372. Quid autem ad cetera reiprædebeamus, &c.] Capit hoc, quum sit eiusdem argumenti cum precedenti, nua titulo opus non habet; attamen hunc addimus: Quod alioqui semper ynum fuisse oporteat hominum numerum. *Cuius tamē contrarium multis argumentis probat Auctor*.

373. dum aborigines, vel vagi, vel extorres, vel glorijs quique occupant terras, &c.] Aborigines vici, qui primi in quaque regione sunt orti, notum est; de idique similiter *Auctor* suprà Tom. 1. l. de Pallio, cap. 2. Transtulauere redundantium gentium examina; Scytha exuberant in Perias (pro quo hic Parthicas; nam eodem esse ibi diximus n.34). Phœnices in Africam erulant; Romanos Phryges pariunt; Sic & Herculea posteritas (Menidae nempe) qui Temeno pariter Péloponesum occupando producent. Sic & Iones Nili comites (quos recte hic Athenies vocat) Afiam nouis viribus instruunt. De quibus omnibus ibi latius num. 34. 35. 38. & 39.

374. quas metemphysis appellant.] Sime metemphysis legas cum vulgaris excusi, sive *Scotia*, cum Gagno in margine, perinde est: nam viraque vox pro migratio-ribus, seu coloniis, clavis *Auctori* vistata est. *Arqui* fuit etiam hic illud dicit, l. de Pall. vt inde velut ex surculis & propaginis populis de populis, vibes de vibibus, per vbiue orbis pangerentur.

375. Reuera lues, & fames, & bella, & voragine ciuitatum, &c. tamquam tonfura insolefcentis generis humani.] Simili phrasibz ubi suprà dixit: Denique si quid mare diluit, culum texit, terra subduxit, gladius detotondit. Vbi voragine ciuitatum & insularum multas recent *Auctor*, quemadmodum etiam *Apolog.* cap. 40.

376. post mille annos.] Adludit ad mille annos inter, quod Plato recenset post hanc vitam, Dialogo 10. de Repub. & in Phædro; quos quum hic tamquam fabulas resintat *Auctor*, mirum est quomodo postea in Millennium paradoxon inciderit, de quo inter Prolegomena latius. *Arqui* sunt hic voces russim & phrases Tertullianicae, suppatteret, erogatum, absumi percliter, pariasset, & commeat; de quibus alibi superius latius. Hic dumtaxat adiuviam locos similes lib. adu. Præceam: in isto commeat, & lib. adu. Gnosti- ai: nec per hunc commeatum vita; nouè etiam di-

xit: miliario tempori, pro mille annorum, sicut etiam cap. sequ. miliarij æui.

C A P . X X I .

377. Iam vero si ex mortuis viui, &c.] Idem etiā hoc capite confutatur Platonis paradoxon, hoc arguento: Quod alioqui oportaret singulas Animas in singula corpora reuerti, eadem ætate, in eadem corporis aut ingeniorum proprietate. *Cuius tamē contrarium ipse Pythagoras in se consinxit*, per metemphysis tot variorum ingeniorum.

378. Porro si & bina & tria & quinæ *Que* uno vtero resumuntur, &c.] *Vel hinc patet suprà nos rectè emendasse cap. 6. num. 90. sed bina & tria, ubi etiam quinionis filiorum meminit, num. 91.*

379. Et hoc autem modo primordij forma signatur, &c.] *Gagnass* in prima editione: singulatur; que fortassis vox retineri posset, quam similiter suprà alii cubi dixerit: singulario motu; ac si velut dicere, singularia, id est, una, monstratur. *Eft autem paulopd locum corruptus*, cui sine Ms. cod. mederi non licuit: Sed etiā exdem semper reueluerentur, licet non corporum quoque formas easdem, licet non flatorum (quid hic quo: flatorum, nisi forte accipiatur pro flatuum, id est animarum?) tamen quoque, fortes casam (neque hic quid sibi velit intelligi, nisi forte calum legendum sit, sed nec hoc satisfacit) vel ingeniorum & studiorum, & adiectionum (forte: actionum) pristinas proprietates secum referre deberent. *Lego autem mox: qua ignorata & ibi reuertuntur, pro: quia,*

380. Pythagoras contrà nec edendis vt animalibus abstinent.] Cur ab animalibus abstineret Pythagoras, alibi causam reddit *Auctor* suprà Tom. 1. Apol. cap. 48. ne forte bubulam quis de aliquo proauro suo obsconet. *Huc pertinet etiam illud B. Hieronymi lib. 2. aduers. Iouianum*. Et probabo, non Empedoclis & Pythagoræ nos dogma cœlari, qui propter metemphysis, omne quod mesetur & omitt, edendum non putant. *Quod Lactant. lib. 3. cap. 19. mitius interpretatus*, dicit hanc animalium in corpora transmigrationem ab eo inventam, ut vetet homines animalibus uisci. *Ex quo* proinde constat à Pythagora non solum introductam metemphysis, de qua mox, sed etiam metemphysis fabulis, & facultatis animalium maximè partibus; que certè aliis verisimilior est, quas reddunt alij rationibus. Addit præter *Auctor*: quod ne per fabula quidē transfundum discipulis suis tradidit. *Quod usque adeò verum esse adstruit Suidas*, ut quum incensâ domo persequerentur cum suis hisferis, ubi ad agrum fabis plenum venisser, quefens ingulatus sit.

382. & metemphysis.] *Castigari haud dubiè debet metemphysis*; nam præter Græcam etymologiam, etiam infra semel cap. 34. & cap. 35. ter legitur: Metempsychoüs, voce Græca in Latinam translata coloniam. Vbi pulcri *Auctor*: Sed enim Metempychosis illorum reuocatio est Animæ iam pridem morte fundæ, & in aliud corpus iterata. B. Augustinus unica voce: transimationem dicere maluit. Impugnatur autem haec absurditas vel à Plutarcho lib. 2. de eſu carnem quare nihil mirum si & ab *Auctore*, & ab aliis Patribus plerisque. Vide Iren. lib. 2. cap. 58. & sequ. Lactant.

GG iii

ILLAN⁹
ti anibus

lib. 3. cap. 18. ac 19. & lib. 7. cap. 23. Gregor. Nyssen. lib. de Homine. Philos. lib. 2. cap. 8. & lib. de An. ac resurr. Hieron. epist. 59. ad Auitum, August. de Ciuit. Dei. lib. 10. cap. 30. Epiph. aduers. Manich. hær. 66. & Chrysost. hom. quadam in 12. cap. Ioan. Item à Tatiano aduers. Gentes, Origen. lib. contra Celsum, Ambros. lib. contra Platonem, citato ab August. lib. 2. contra Julian. & Cyprian. contra Julian. lib. 7.

383. quasi non & Scythæ & Indi philosophetur.] De Scythis ita *suprà* Tomo 1. lib. de Pallio, cap. 5. An. pliter mutauit Anacharsis, quum regno Scythia Philosophiam præuerit: ubi vide Adnot. nostrarum num. 95. De Indorum vero Gymnosophistis infra lib. 1. adu. Marc. Celebrem autem facundia fuisse significat mox Author & Platonem, & Nestorem.

CAP. XXXII.

384. Sed enim Empedocles, &c. Capitus huic titulum veterem retinuumus, omissa Metempsychose, de qua hic non tractat: Aduersus Pythagoræ & Empedoclis opiniones de Metenomato. Quam recte Pythagoræ etiæ adscribi ab auctore, praterquam quod mox adnotans num. 380. manifestum fit *suprà* Tom. 1. Apolog. cap. 48. ubi dicit: Age iam, siquicunque Philosphus affermit, ut ait Laberius, de sententia Pythagoræ, hominem fieri ex mulo, colubrum ex muliere. sic etiam Aristoteles lib. 1. de Anim. cap. 3. sub finem fabulas Pythagoricas vocat, ut dicatur quecumque anima sine oculo discrimine quodvis corpus ingredi. Nec ab similiiter B. Hieron. locis modo citatis, & pse Diogenes Laertius. Unde & eundem errorem defusum fit Plate, tum in Phaedro, sum. lib. vlt. de Republ. quare recte etiam illi adscribitur à B. Gregor. Nyssen. lib. 2. Philos. cap. 7. & quibus dissensio addit. cap. 7. equi. Iamblichum, & B. August. Porphyrium; quippe qui non nisi homines ex hominibus fieri voluerint. Aduersus autem istam scriptissime censetur iidem Patres, qui supra, & in super B. Iustini Martr. lib. adu. Tryphonem.

385. quia le Deum delirarat, &c.] Huius pertinet illud *suidæ* in Pythagoram & Empedoclem: Empedoclem quoque Argentinum, hanc complexum fuisse tradunt sapientiam (aut potius insipientiam). Nam illud: Valere, ego vero sum Deus immortalis, non iam mortalis; &: Iam aliquando fui puer & puer, & bis Olympiæ & bellariis immutatus; eius sunt qui Pythagorean disciplinam prober. Quintianus Clem. Alexandr. Strom. lib. 3. eiusdem farine versus Empedoclis citat:

Mortua nam ex viuis fecit, mutansque vicissim.
386. thamus & pisces fui, inquit, &c.] Vox thamus in Latinam hic ab Auctore transfertur coloniam, ex Graecâ θάμος, que fructem significat. Atque adeo ad Empedoclem recte refert Scholastæ illud B. Gregor. Nyssen. lib. de An. & resurr. & iij. vero etiam ad fructes huiusmodi delirantem extundunt, ut etiam arborem, ac ligneam Animæ vitam conuenientem atque accommodatam esse putet. Addit B. Hieron. epist. ad Auitum, non solum quadrupedum, sed & piscium corpora esse timenda.

387. cur non magis & pepo tam insulsus.] Similiter infra lib. 4. adu. Marcius. & non magis pepo nem, quem cordis loco Marcius habuit: ubi de hoc latius, sicut de chameleonte *suprà* Tom. 1. lib. de Pallio, cap. 3. num. 49. & de Empedocle in Ethnam precipitato, ibidem cap. 4. num. 83. ac hoc ipso lib. cap. 3. num. 50. atque de proverbiali formula: astuta cena post assūm. in Prolegomenis nostris.

388. Viderint thamni licebit, & lapathi.] Secundum connectura Latinij, pro: lapti, vt rideat Author Empedocles stultitiam hisce nominibus; que eiusmodi fructuosa semaluerit olim fuisse, quam vel animal, vel plantam de quā nobiliorem. Thamus enim non modo fructuosa in genere, sed rubrum viliissimum significat surcatae, quæ vestimentis hæret; scisti etiam haud dubie lapathum, quibus plus satis notus.

389. etiam si secundum Philosophos et clementissimis substantiis censeretur, &c.] De lib. Hislophorum sententiis *vide* *suprà* num. 64. & 70. & 117. 118. 119. ac 120. Confutat autem impetrat hanc opinionem ex contrariis corporibus, in qua anima transmigrare volunt.

390. Igni quidem ea qua riget; colabrationes, salamandras.] Recte id Author, qui *suprà* teste lib. 12. Etymol. cap. 4. omnes serpentes natura ignis sunt. Inter serpentum autem genera enumerantur ignis colubros, stelliones, salamandras, queruas, lambras, etiam Plinius consentiente lib. 10. cap. 67. certe ignem extinguunt, & prouinde recte igni contraria contur. Chamaleontem autem, cum loculis de piliunculis, siccitatibus gaudere, vel *venatio* uiarius indicat, qui terrigenam vocat, & qui non est ab Auctore non adnotatum, etiam sanguiniferum.

391. Item contraria sanguinis, &c. Infelix lingue carere, & pisces plorosque, etiū illi statut lib. 11. cap. 3. Atque phrasis est Tertullianum pīcum cēnum, scīti & pīpīti. *suprà* num. 12. sum eis de sua translatione conferre.

392. Spiritui vero contraria, &c.] De lib. cap. 10. num. 127. 128. 129.

393. Item aëri contraria, &c.] Sub tempore aqua vincentem res (inquit Author) mea quam nō nouerit. Si enim lego cum Gorgo, prout lenius substitut: nouerim. Neque enim aliud di Plinius nominat.

394. Item contraria lumini, &c. vt telos spergines noctuas.] Vesperuginem vocat, *suprà* num. 11. non semel vesperuginem.

395. Cererum si & atomos Epicuri uter, & numeros Pythagoræ viderem, &c.] Dicunt Epicuri constitutus animam ex Atomis, *suprà* num. 71. Numeros Pythagoræ recte adhibent, ut scribit Nyssen. lib. Philos. 2. c. 1. Pythagoras deum definit, seipsum mouentem numerum, *suprà* num. 23. quam opinionem ibidem late disputat cap. 4. Hieron. lib. 1. cap. 1. & Author *suprà* lib. adu. Iust. & 8. Tetrade illam Valentianinorum *suprà* num. 23. Pythagoricam vocat. Atque of Ideis Platonis *suprà* num. 238.

396. & Entrelechias Aristotelis.] De Entelechia Aristotelis *suprà* aliquippe adiungimus num. 61. 67. De eadem sic Nyss. dicti lib. cap. 1. Aristoteles prius corporis organici naturalis potestatem utam habet. Ēvteλέχεια dixit: quam etiam latiss. imperat. Locus ad quem adiungit, habetur lib. 2. de Anima. *suprà* fine: Animam igitur ētēlēchias quæ quædam est. libice que diximus innescit. Quam vocem Ciceron. lib. Tuscul. quæst. continuat & perennem matutinum certit, plerique, perfectionem. Etiam Epiph. interpr. a Compend. fid. cat. utrumque vero Larus in Apol. Iust. Mart. Unde magis est orta contraria ista inter dicta, an ēvteλέχειas scripsit Aristoteles, que perfectionem propriæ senat, an vero ētēlēchias, que vix magis proprie senat.

renem motionem significat. Vtrum autem legitur, & apud Aristotelem, & apud Ciceronem, perinde esse, iam dudum adnotavit Beroldus, cui & ego consentio, maxime quoniam perennitas, quod ἔχει significat, non sit aliud, quam quedam perfectio; & utrumque vocabulum aequum nosum sit, ab Aristotele recente compositum, utraque etiam interpretatione cum sententia Aristotelis confit. Porro sane etiam hic phrasēs vocēque Tertulliane: respici habetur, substantiū status, & diueritatem commitit, de quibus omnibus dicibi supra.

397. Quomodo igitur illa Anima, &c.] Pulnerimē absurditatem huius paradoxi. Autor prosequitur ex diversitate ciborum, si dicatur homo mutari in aquilam, anguillam, capram, coturnicem, vrfum, au leonem; quantum apparet, nominatum adludens ad locum Platoni lib. vlt. de Republ. vbi dicit, Agamemnon Anam elegebat aquilam, Atac vero leonem caput.

398. Ipsius Animę humanę quisquis modus, &c.] Tento confutat hunc errorem ex absurditate de mensura corporum diversa in amplioribus, & lige minoribus corporibus; si dicamus hominem transmutari in elephan- tum, aut in culicem. Huc pertinet illud Iustini Martyris l. 2. q. 8. & responf. cap. 20. vbi ridens; Adeo (inquit) vi qui dum Athenies docuerit Plato, postea formica permuteret laborem.

399. Numquid ergo demutabitur, &c.] Quartum ratorem addit: quod nec demutari possit anima, ne non sit ipsa; nec permanere in statu, quia contraria non capit.

400. pietate tua ratiōis.] Graecam vocem hic re- nunciat, quē intra huīa capite, tamquam Latina est. Metamorphosi ponitur; quae quum corporum transmigratione significat, ipse his verbis eam ibidem circumscripsit: primum, bestias ex hominibus, & homines ex bestiis, euolumentem.

401. Nam eti quidam homines bestiis ad- quantur, &c.] Etiam quintam adfere rationem, quid esti ad sequuntur bestiis homines, per quam similitudinem fuerant Philosophi qui Pythagoram excusarent, non tamen propterea ex rapacibus milios fieri; & sic de ceteris, ut cebat Plato. Aliud enim esse substartiam, aliud naturam substantiam.

402. Adsimilatus est (inquit) homo irrationalibus iumentis.] Proflus lego: Adsimilatus, pro Adsimilatus; nam Graecē est Psal. 48. οὐοιώθη. Noster autem interpres ad verbum potius transtulit, Inscriptiū, quād Author: irrationalibus; nam Graecē est τοῖς οὐοῖς. Atqui rufus vox est Tertullianica: pariare.

C. A. P. XXXVII.

403. Etiam quum iudicij nomine vindicatur hoc dogma, &c.] Huic capiti, à precedenti separato ob primitus, hanc inscriptionem damus: Quod frustrā iudicij nomine vindicetur hoc dogma. Adludit autem omnino hic ad Platonem, qui in Phaedone & alibi non solum ob merita bene vel mala adfirmat detridi Animas in corpora feda aut proba. Quemadmodum etiam Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom. in hac verba: Animam enim que est diuina, in hunc mundum deducunt tempus in locum supplicij. Oportet autē animas in corpore mortali expiri, ex eis sententia. B. Hieronymus epist. ad Suiton. similem Origenis sententiam ex platonē desumptam dicit. Quoniam latif. 23. argumētū impugnat. B. Cyrill. Alexandr. lib. 1. Comment. in illud Isann. illuminat omnes homines venientes in hunc mun-

dum; quod ille ad dictam suam sententiam detorquebat. Rursum autem voces Tertullianica: occiforii; famularioris; dispungentur; &: verterit, ac verit, absolute.

404. quod & Mercurius Agyptius nouit, dicens, &c.] Videtur adludere ad haec verba, Asclepij Dial. 10. Hermis Trismegisti: Quam fuerit Anima à corpore facta discepsio, tunc arbitriū examenque meriti eius transfiliet in summi demonis potestatis; que eam, quam piam iustāisque praeviderit, in sui competentibus locis manere permitte. Sin autem delictorum illitam maculam visitisque oblatā viderit, defuper ad ima deturbat, &c. ut in hoc oblitus anima eternitas, quod sit immortali sententia aeterno iudicio subingata. Atqui iterum legimus cum Gagno: volo iudicii utique diuini iustitia, &c. recenferes pro eo quod substitutum fuit: recenze.

405. quod condimentis Apicianis.] Intelligit pecus macello destinatur, in quod illi homicidam transmutari volunt. Atqui de hisce vide supra Adnot. nostra Tomo I. lib. de Pallio, cap. 5. de Apicio, num. 110. de mensis Ciceronianis, num. 101. & de lancibus Sylanus, num. 102.

406. Namque illa sciarium, &c.] Varia exprimit sciariorum supplicia, quibus vtuntur aduersus eos humana iudicia; quippe quos dannant ad feras, ultimum gladium, ignem, patibula, viuicomburia (enrusum vocem Tertullianam) cullos, vincos, scopulos, & insuper sepulture puniunt, id est: priuant; siue autem legas; Perinde qui, cum vulgatis; siue cum Gagno: Profnde, non refert.

407. Pauum se meminerat Homerus Ennio somniante.] Quam non existent Ennij poēmata, fides sit penes Autorem. Repetit id ipsum cap. sequ. his verbis: quo perinde in paonie tunderetur Homerus; & rursus infra l. de Resurr. car. cap. 1. Homerus in pauū. vbi vide Adnotationes nostra, num. 7. Sep̄simē autem illo celebratum Homerum tec̄is est stundas.

408. quod animal indus viro iusto Deioca, &c.] Ita hunc locum castigauit, ex Pauli Leopardi emendat. lib. 8. cap. 3. pro eo quod erat: Delocō, qui citat in hanc tem Herodotum l. 1. De Didone autē vide supra Tom. 1. Apolog. cap. vlt. num. 622. Rursum autem reperitur hic dispuñctio vita, pro morte, sicuti etiam lib. de Testim. Anima, cap. 4. Atqui logo paulopost: o iudicia, &c. mendiciora, pro: mendaciōra; ex castigatione Iohann. Harrisij Angli, tum quod sensus totius loci antecedētis id exigat, tum quod eadem voce adverbialiter reatur supra Tom. 1. l. de Pall. cap. 5. credo ne mendiciorū patre casasset.

409. Deus itaque iudicabit pleniū, &c.] Similius proflus locus est supra Apolog. cap. 48. De reuersione autem animarum in sua corpora, latē tractatur lib. de Resurr. carnis.

C. A. P. XXXIV.

410. Nulla quidem ad hodiernum, &c.] Titulum huius capitū sc̄ ad auxilium: Aduersus opinionē similem Simonis hæretici de sua Helena. De cuia reliquis heresis vide supra lib. de Prescrip. adu. her. c. 46. her. 1. num. 301.

411. Nam & Simon Samarites, &c.] Ad verbum ferē hæc omnia desumpta sunt ex B. Iren. lib. 1. c. 20. quod Lectorem remitto, prolixitatis vitanda gratia; exceptis iis quae ad explicationem huius loci faciunt.

412. Helenen quandam Tyriam, &c.] Tum hi- tum c. sequ. Helenen, siue Helenam retinuimus; tum quod Simon ille Magus hanc eandem fuisse diceret Hele-

LLAN⁹
ti anibus

nam Trojanam illam; tum quod etiam sic appellatur à B. Iustino Martyre Apolog. 2. & post eum ab Eus. Graco hist. Eccles. lib. 2. cap. 12. seu 13. B. Hieron. epist. ad Ctesiphontem aduers. Pelag. Epiph. her. 21. non semel, Theodor. heret. fabul. lib. 1. & Damasc. lib. de heret. Apud Iren. variant codices, quamquam plures Selenem legat, quomodo etia B. Auguſt. l. de heret. Rufinus versione sua Eusebii, Cyrillus alibi, & ante omnes hos Clemens Papa in Recognit. ubi à Luna, que Gratiæ oꝝ syn dicitur, appellat am. vult. Verisimile itaque est, utroque nomine appellatam.

413. illam verò iniectionem suam primā, &c.] Clarius B. Iustin. de martyris primam quandam mentem seu intelligentiam, Iren. mentis conceptionem matrem omnium, per quam initio mente concepit angelos facere & archangelos. Sicuti vicissim illud: huius eam propositi componet, &c. facit ad Iren. intellectum. Ex illo autem, omisso negandi particula: non; lego: Ab his perinde ille: per inuidiam.

414. exitiosiss. Priamo & Stesichori postea oculis, &c.] De Helena Trojani belli face Priamo exitiosiss. scribunt historici omnes. Stesichori fabulă verò (quam etiam ex Iren. desumpta Auctor) adtingunt (ut ante me adnotauit Feu. ardentinus) Horat. Ode 17. Lucian. l. ver. pift. & Philostratus l. 6. de vita Apollon. Atqui illud quod paulo prius Iren. habet, & hic auctor: in Samaria verò partem gessit; ad id pertinet, quod, quia in Iudea quasi filius apparuit, (veropè se endem cum filio Dei, faciens) in Samaria ē sumnum patrem dixerit. Reliqua de mille nauibus ante Troiam, Menelao Helenam repetente, de decenni prælio; omnibus nota sunt.

Cap. XXXV.

415. Sed non tibi soli Metempsychosis, &c.] Etiam hic ad titulum veterem huic capituli: Aduersus Carpocratis heresin; adieciimus: de Animarum reparatione. Est autem etiam hic ad verbum imicatus Iren. lib. 1. cap. 24. & utrumque postea Epiph. her. 27. Atqui de aliquis eius erroribus vide supra l. de Prescript. aduers. heret. cap. 48. her. 9. num. 311. & apud dictos Auctores ac Euseb. nefanda coram sacrificia.

416. pariter Magus.] Vnde verbo dixit quod Iren. Iren. de Carpocrate & eius discipulis, ac post eum Euseb. hist. Eccles. lib. 4. cap. 7. & Epiph. Artes enim (inquit) magicae operantur ipsi & incantationes, philtra quoque χρονία (id est amatoria, vt Interpres Euseb. verius) & paredros (sive afflatores) & enopompos (id est somnia emittentes) & reliqua malignationes, scilicet Interpres Epiphanius, presagiis. Quod hic adiungit ad maiorem Iren. intellectum.

417. pariter fortunatus, &c.] Hoc addit Auctor: quoniam, iuxta Iren. et Marcellina Romam sub Antero venit, quae effecit huius doctrine, multos exterminauit. Quod ipsum repetit Epiphanius, addens: eos in luxu degere, & omnia ad corporis voluptatem operari solere; vt quae deo ut Euseb. istius potissimum discipulis Gnostici impulerit suspicionem illam, quem de Christianis omnibus ipsis causa conceperant heretici, de flupris promiscuis, & exercando infanticio; à quibus crimibus latiss. supra in Apologetico sive defendit Tertullianus. Sunt autem hic etiam voces Tertullianice: rato fieri, expunctis, vite huius commeatu.

418. donec exsoluat nouissimum quadrangulum, &c.] Carpocratis hac scriptura Matth. 5. abusus, etiam Iren. & Epiphanius scribunt. Cuim posterioris Interpres, signifi-

cans reddit vocem Gratiam dicit, exsolue quam alijs reddere; quomodo etiam non hic modo, sed ita supra Tom. 2. lib. de Orat. cap. 7. Tertullian. Cyprianus & B. Hieronymus locis infra citatis num. 414. vbi deinceps Paulus latini.

419. Nam & ethnicus homo, &c.] Hoc prima interpretationem de aduersario, cuius ibidem fit mentione ethnico homine, longe aliam quam Carpocratis, habet etiam Auctor supra lib. de Orat.

420. orate pro maledicentibus vos.] Sive Mat. 5. sive Luc. 6. hanc scripturam inspicimus, licet non per suu more nisi diligenter animaduertit ad verba ipsa legitur utroque, orate pro calumniis vobis, & apud Luc. additur: benedicite maledicentibus vobis; quod ipsum etiam supra citat Tom. 2. lib. de opib. cap. 16. ac lib. de Patiente, cap. 6. legens ibidemque bet partim etiam Matthæum: orate pro persecutoribus vestris.

421. Tum si in diabolum transfetur aditio mentis, &c.] Ad verbum ferè locum hunc nos scriptis B. Hieron. Epist. ad Demetriad. de virginitate Quia (inquit) secunda post baptismum gradus, nullum estum cum aduersatio tuo, dicere ei: Renuntiatio diaboli & seculo tuo, & pompe eius, & propria tua; serua fædum quod pepigit, & esto conscientia clivisque custodiens (pro quo Auctor: hac emuntia, obseruatio sponfis; sic enim legi est quod pro: obseruatione) cum aduersatio tuo, dico via huius seculi, ne forte tradat te iudei, & inde aliiquid usurpare conuinat, tradans quod nunc qui & ipse est inimicus & vindicta, & mitramin ceterum & in tenebris exterioris, & non indecessu nisi solus nouissimum quadrangulum, id clivum quodque delictum, quia & per se rationem redditum sumus in die iudicii. Quemque recte interpretatur illud: Esto conscientia, peccatum cum illo iniit. Atqui facit hic locus contra ipsas voluntas in baptismō admittere Renuntiationes monias; de quarum antiquitate vide Adversarij dictum lib. de Orat. supra num. 1.

422. sicuti cum legimus sanctorum sanctorum enim] Locus ad quem additum, videtur sic sit. Hic est accusator, κατηγόρος, fratrum infirmorum quo paraphrasis: sanctorum criminarentur quia & fratres & sancti Christiani dicuntur. Tribus id scilicet ostendit est Tom. 1. Apol. cap. 31. sanctis patet ex Apostolo Paulo 1 Cor. 14. Epist. 4. & 1 Thess. 3.

423. & de ipso etiam nomine diabolito torem.] Similiter infra lib. aduer. Mat. 1. impli- boli nomen queri, ex qua delatura compa- creatori: fortassis detulit aliquam Delusionis intentionem. Et recte. Diabolus enim Graecis detulit, accusatorem, calumniantem significat.

424. nisi modico quoque delicto mortali- rectio expenso.] si modicum quoque delictum mora resurrectionis expendatur, id est si solvatur (quod ipsum repetit infra cap. 1.) tunc hoc interpretatio pro purgatione animarum post hanc vitam, à modicis quibus tunc delectus, atque alienis pro Purgatorio; cui similes sunt loci apud B. Optat. cap. 52. ad Antonian. & lib. de laude Mart. ac operibus Testim. 3. cap. 57. dum fidem emendari & reformari, hac ipsa scriptura probat, ac Psal. 88. ac 116. ac Maledic. locos etiam expressos B.B. Hieron. & Ambrosius, in hanc con-

tentiam adnotauimus, ad dictam epist. 52. n. 59. ubi etiam latè de igne purgante tractauimus.

425. Hoc est ex malis fructibus bonam arborē intelligi, &c.] Ironia est, qua ridet interpretatio ne Harporatii; & erit accepitur vox: Spero, pro time: scitur supra non semel; tamquam si timeret ne posset respondere argumentū propōsis.

426. Et si vultis audire, &c.] Rursum hīc para phrasiō transitulit audire, pro eo quod Gracē est δέ ζαδον, quod est, recipere.

427. Et ecce ego mittam vobis Heliam Thesbiten.] Quoniam etiam B. Cyrill. Alexandr. in Ioan. libr. 1. cap. 24. de Thesbite loqui dicas Malachiam Prophetam, videtur olim in edit. 70. etiam lecta fuisse vox: Thesbiten. Fuisse autem Thesbiten Heliam, patet non uno scripture loco. Sive legas Heliam cum aspiratio: nes uero quidam Eliam, tum hīc tum ubique, perinde est; hoc unum animaduertit, in veteri Testamento ubique & Gracē & Latinē cum aspiratione legi, secus in nouo. Atque de Heliae translatione infra latius cap. 50. num. 54.

428. Sed quomodo Helias Ioannes? &c.] similiter prōfūs locos hos scripture interpretatur B. August. Tract. 4. in Ioan. cap. 1. & lib. 5. de Trinit. cap. 14. Qui interim neutrībi legit illud: coram populo, quod Autori prōinde peculare est. Posteriori uero loco etiam interpretatur spiritum Heliae, pro: spiritum Moſe, sicut hic Author, qui una voce translatum spiritum Moſe dicit, eo quod Num. 11. dicitur auferri à Moſe, & dñi 70. senioribus.

C A P . XXXVI.

429. In has quæstiones inde opinor excessi: mus, &c.] Partem veteris tituli huius capituli retinuimus; De lexi Animæ & carnis. Atque etiam hoc pertinet ad paradoxon Authoris, quasi dependens ex altero quod supra p̄fessus est cap. 25. 26. & 27. de Anima in uero seminata pariter cum carne. Certe huius argumenti anvariarum bis adfirmat B. August. lib. 1. de Anima, & eius origine, aduers. Vincent. cap. 18. & Cyril. que Hierosol. Catechesi secunda.

430. propter emulas scilicet opiniones, &c. & illum sermonem Platonis veterosum.] Videtur respicere ad illas opiniones Philosophorum & hæreticorum, de quibus supra cap. 23. & 25. ac Platonis veterosum sermonem, quo dixit dissentias remi: scientias, veluti ex vetero somno profetas; de quo c. 25. aus vetero sermonem apud memoriam Platonis de animarum reciproco discursum; ut veterosum pro veteri acceptat.

431. quoniam & Apelles, non pictor, sed hæreticus, &c.] Istud eiusdem farine est cum eo quod supra cap. 23. dixit Apellem referte, follicitatas Animas de supercolebitibus, de quo ibi latius num. 298. quia si dñs verum est, consequitur etiam ante corpora constitutas Animas, & prōinde tam viriles quam mulieres. De Philomene uero eius scoto, vide supra, scuti & de aliis eius heresis, lib. de Prescript. aduers. her. cap. 51. heresi 19. num. 324. De illis denique qui Animā post partum carnē superducunt, vide supra cap. 25.

432. qua lineas duxerit.] Quia pictoris mentionem pauloprius fecit, etiam hanc proserbialem formulam ab illis defūspit, de qua inter nostra Prolegomena latius.

433. Ceteram & ipsam Dei adflatus animaf: set, &c.] Ad hunc locum videtur respondere B. August.

loco paulo prius citato, quum ait: Qui propaginem adserunt Animarum, hinc se putant inuidiuua suam munire sententiam; quia, quum scriptum sit, detraxisse Deum costam de latere viri, eamque edificasse in mulierem, non est additum, quod in eius faciem sufflauerit spiritus vi: te; idēc (inquit) quia de viro iam fuerat animata, pro quo dixit Author: animal iam & ipsa. Verum respon: des, nihil per hoc corum sententiam adiunari. Sennim (inquit) scriptum est, In sufflauit flatum uitæ in faciem mulieris, nec sic esset conseq̄ens, ut non propagaretur ex parentibus Anima, nisi etiam de filio hoc scriptum reperi: retur. Quia uero tacitum est, occultatum est, non negatum neque adūfirmatum.

C A P . XXXVII.

434. Omnem autem hominis, &c.] Caput hoc titulum habebat: De arte carnis & Anima; nos uero putamus substituendum: De incremento Anima. Nā de hoc Autoris paradoxo si loquitur B. August. lib. 10. de Gen. ad list. cap. vls. Noluit tamen Territorianus Aniam crescere substantia sicut corpus; ad seruē etiam timor sui causam, ne exiam substantia decrescere dicatur (inquit) atque ita & defectura credatur. Et tamen quia per corpus eam localiter tendit, non inuenit exitum incrementorum eius, quam uuln de semine exiguo aquari corporis quantitatib:.

435. aliqua uirique potestas diuina voluntatis ministrâ modulatur, &c.] Quae sit hac potestas, pauloprius explicat, quum dicit: nos officia diuina (id est, phrasij iureconsultorum, ministros Dei) angelos credimus. Facit itaque locus iste ad confirmationem dogmati Catholici, de angelis peculiaribus homini cuique deputatis, de quibus est elegans B. Hieron. sententia in illud Matth. 18. Angeli corum semper vident faciem patris mei. Magna (inquit) dignitas Animarum, ut uanquaque habeat ab ortu natu: rati in custodiā sui angelum deputatum. De iisdem existat qu. 30. apud Iustin. Mart. lib. Quod & respons. Et idipsum affirmant B. Hilar. in Psal. 133. Basil. in Psal. 48. & alibi; August. Soliloqu. cap. 27. Eodem pertinet quod inter opera B. Cypriani, Prologo Operis de Cardin. Christi operibus, vocentur angelis salutis nostre ministeriales, & quod Rufinus in expos. Symboli scribit, ab initio prefectoris quasdam virtutum celestium potestates, quibus regeretur & dispensarentur mortalium genit. Vide etiam Orig. hom. 13. ac 35. in Luc. & hom. 11. in Numeros.

436. etiam Romana superstitione Deam finxit Alemonam.] De Alemona vide Gyraldum de Diis gentium. De aliis tribus (sicuti etiam ante me adnotauit Turneb. Aduers. lib. 18. cap. 34.) in hīc verba Gellius: Due Parca à Latinis, una à partu noni mensis, Nona, ab enīci decimi mensis; Decima dicebatur. Accedebat ter: tia, qua Parca dicebatur, quasi pars, mutato t, in c. Eam hic Author Parrulam vocat, quod partum gubernet. Porro de Lucina infra latius cap. 39. n. 447. sicuti etiam de fatorum inscriptione, ibidem num. 449.

437. Nam & Moyſilex, &c.] Adiudicat ad Exod.

cap. 21. iuxta lectionem 70. Si percussiret mulierem in ventre habentem, & egressus fuerit infans eius non figura: tus; dāmno dāmnatus erit, secundum quod compo: fuerit vir mulieris, & dabit cum postulatione. Si autem figura: tus fuerit, dabit animam pro anima. Author interim vo: cem illam: Εγενούτε γοναῖς, alter circumloquendo inter: pretatur quam figuratum, nempe cui iam vita & moris status deputatur, idque conformiter Theologis Do:CTORIBUS, qui homicidium in abortu non adscribunt, nisi

JAN
ti anibus

postquam animatus fuerit fetus. Relate autem abortum
vocat *Auctor*, quia (teste *Nonis*) abortus dicendus in
primis illis mensibus, abortus prope tempus pariendi.

438. Legitima nativitas ferme decimi mensis
ingressus est, &c.] Videtur istud *Auctor* desumptum
ex *Gell.* lib. 3. c. 16. vbi tradit: Decemniros in 12. tabulis
tradidisse hominem in 10. non in 11. mensibus nasci. Quod
ipsum ante me adnotauit. Regardus noster ad leg. 12. Tab.
cap. ult. De mensum partus numero a mense septimo usque
ad undecimum, vide *Plin.* lib. 7. cap. 5. Quorum septi-
mum dicit in honore haberit. *Auctor* propter Sabbathum,
decimum propter Decalogue: octauum vitalem non
esse, quod in octaua futura vita nuptia non erunt.

439. & decuriale numerum, ut exinde reli-
quorum parentum, &c.] *Decurialis*, non ab *Au-
tor*, pro denario numero accipitur. Huc autem pertinet
quod *Athenag.* Orat. pro Christian. decenarius numerum
maximum dicat, secundum Pythagoricos, qui & quater-
nariis, & tum arithmeticum numerum, tum musica
harmonia & concentus rationes complectatur. Continet
enim (vitriam ante me adnotauit *Celsus Rhodig.* lib. 12.
cap. 14.) numerandi genera uniuersa; numerorum est
fons & principium; ex uno, duobus, tribus & quaterna-
rio confans.

440. Sed vis eius in qua naturalia peculia, &c.]
Locū hunc reperire est apud *B. August.* loco citato n. 434.
ubi et figurandus ille, & ceteri *Auctore* legendum: Sed vis
eius, &c. productur, pro: Si, &c. producatur. Item
Et si sic, pro: & sic. Vtissim etiam ex illo legendum in
Tertulliano ad finem huius capiti: qua duxerit eam
qui agit, pro eo quod erat: ager. sive autem legatur
cum illo: Tunc & splendor ipse perhibetur, sive
cum excusis hic codicibus: prouehitur, perinde est.
Et qui de hoc loco sic *Augustinus*: Quis hunc crederet,
cum iſo corde tam disertuſe esse potuisse? Sed tremenda
sunt iſa, non ridenda; ad hoc enim numquam cogereſtur, si
aliquid cogitare potuerit, quod sit, & corpus non sit. Quid
autem absurdus, quoniam putare, etiam cuiuspiam metalli
ex aliqua parte cresce posse, dum tunditur, nisi decreſcat
ex altera; vel agueri latitudine, nisi crabitudine minua-
tur. Et nullum esse corpus manente nature sua quanti-
tate, quod undique crescat, nisi rarefacat? Quomodo igitur
implebit Anima ex illa stilla feminis magnitudinem
corporis quod animat, si & ipsa corpus est, cuius substantia
nullo accessu crescat? quomodo (inquam) implebit car-
nen quam vivificat, nisi tanto rarius fuerit, quanto gran-
dius quod animaduertit? Timuit videlicet, ne deficeret
etiam minuendo, si cresceret; & non timuit, ut deficeret
rareſcendo, cum non cresceret.

CAP. XXXVIII.

441. Quamquaſa autem & retrò praestruxe-
rimus, &c.] *Tirulum* veterem hoc modo auximus: De
pubertate & cibis, quomodo ad Animam perti-
nere videantur. Adiutum autem ad cap. 20. supra, ubi
docuit omnia naturalia Anima ipsi substantiae inesse,
id est semper adesse, & tamen per aeras spatia proce-
dere, sunt autem rurſus voces & phrasēs *Tertullianica*,
praestruere, Anima census, & fuggetus sensuum.

442. non quia Asclepiades inde sapientiam
supputat, &c. quia Iura ciuilia, &c.] Qui Ascle-
piadi opera non existant, locum designare non licuit. At
qui quid Iura ciuilia a quattuordecimo anno agen-
dis rebus adtemperant, etiam supra dixit *Auctor* lib.
de *Vel. virgin.* cap. 11. num. 100. Feminas (inquit) à XII.
annis, malicum vero à duobus amplius ad nego-

tia mittunt. Reperitur autem similia cistis loris ci-
lis supra cap. 6. num. 91. & Tom. 2. lib. 2. ad *Vetus*,
cap. 8. & 9. num. 51. 52. & 62.

443. Ex omni ligno, inquit, edetis, &c.] *Alu-
rali* expredit numero, quod *Gen.* 2. editio Latine
nes, & tam Graeca quam Hebreas, & Chaldaea, signa-
lari legitime numero. Deinde *Gen.* 9. fenum transponit
Auctore χότος, pro ea quod vetus Interprete solitus
quis utrumque ea vox significat.

444. Auferenda est enim argumentatio u-
cilio, &c.] Videtur respicere ad id quod supra dicitur.
de *Sorano Medico*, quod mortalem Animam intelle-
xerit, quia cibis sustineatur. *Legimus* autem eum
cum *Gagno*: utrum aliud est, natura desiderat:
pro: tum quod aliud natura desiderat. Sunt eti-
rus rurſus voces *Tertullianicae*: subſtruendus, gloriosus
tibicinandas, item rationalitatem, sensuālitas
intellectualitatem; de quibus sicut etiam de immo-
ritate *Animae*, & Arbitrio libertate, vide cap. 22.

CAP. XXXIX.

445. Quæ omnia nativitas anime cibis
Retinimus veterem huius capituli, quod paucum
spicamus, titulum, Nullam penè *Animam* linea-
monio esse, utique ethniconarum. Tractamus
Auctor supra Tom. 1. *Apolog.* cap. 22. n. 46. qm
lib. cap. 1. num. 12. de *Socratis* demonio, &
iterum infra cap. 57.

446. tota illa puerij superstitione
hac partim supra cap. 37. num. 436. partim pro-
bus, phrasēs vero iterum *Tertullianica*: damnatio
candidata.

447. dum in partu *Lucina* & *Diana*
tur, &c.] *Lucina* ita dicta (uti supra, p. 37. adhuc
Ebor) quod producat in lucem. Huc pertinet
bet D. *August.* lib. 4. de *Cint.* Dei, cap. 12. *Lucino*
parturientibus inuocatur, & illud *Terenij* in deo
luno *Lucina* ser opem. *Cicero* enī (ſi *Vitruvius*)
Iunonem & *Dianam* saufse *Lucinam* appella-
bit alicubi; pro quo facit coniunctio: & hic nomina
sa proponitur, &c.] *Tibullus*: de *Natali* lumen
Natalis lumen sanctos cape thurius aceruſi.
Videtur itaque, sicut *Genij*, ita etiam *Iunones* atque
proponi ſolere. Sicut enim (uti max adiungit) de
omnibus *Genij* depubantur, ita etiam *Iunones*,
contra quām sentiunt quidam, qui viris *Genij*, male-
bus *Iunones* adtribui volunt. Pro nobis certi *Seneca*
plini lib. 1. Quoniam singuli ex *semelipis* natali ſolent
ſolent, *Genios* *Iunonesque* adaptando ſunt in ſol
Seneca alicubi: *Singulis enim & Geniis* & *lumen*
nem dederunt.

449. dum ultima die facta scribunda adi-
tetur.] De hoc sic etiam supra cap. 37. quoniam & factum
inſcribitur. Ad hanc conſuetudinem additum *Op-
erum* etiam adnotauit *Tirneb.* *Ad lib. 18. cap. 34.*
nato *Salonino*;

Talia ſcela ſuis dixerunt currite ſufi,
Concordes ſtabili fatuorum nomine *Patz*.
Quæ autem facta ſcriberetur, indicat hic etiam D. *Ag-
de C. ius. Dei* l. 5. c. 9. Omnia enim (inquit) facta ſunt
dicimus, immo nulla facta fieri dicimus; quoniam ſentimen-
tum vbi ſolent à loquentibus peni, id eis, in coſtitu-
ſyderū, qua quisque conceperit aut natus eſt, quoniam
ipſi inaniter adſeritur, nihil valere moſtramus.

450. Statim Deus sacrum est.] Quam hic Auctor Statinam Deum vocat, cui sacrificatur prima constitutio infantis super terram; B. August. lib. 4. de Civit. Dei, cap. 21. Statilinum Deum vocat his verbis, quibus tota puerperij supersticio egregie explicatur: Quid opus (inquit) erat parturientibus invocare Lucinam? quid necesse erat Opere Dei commendare nascentes? Deo Vaginam (scilicet lego, pro Vaticano) vagientes? Deo Cunum iacentes, Deo Ruminam sagientes, Deo Statilino stantes? Deo Adeone aduentes, Abeone abeuntes, Deo Menti, ut bonam haberent mentem; Deo Volumno & Deo Volumna, ut bona vellent; Deo nuptialibus, ut bene coniungantur; Deo agrestibus, ut fructus uberrimos carent; & maxime ipse Deo Fructifer. Marti & Bellone, ut bene belligerant, Deo Victoria ut vincerent, Deo Honoriis ut honorarentur, Deo Pecunia ut pecuniosi essent; Deo Aesculano & filio eius Argentino, ut haberent aereum argenteumque pecuniam? Hac tamen illa, Quae hic sequitur, ad varia sacrificiorum idolatriacorum genera pertinet.

451. quod dæmonum nomen sit.] Genios non aliud quam dæmonas, supra latè deduxit Auctor Tom. I. Apolog. c. 32. ubi vide Adnotat. nostras nu. 451. De Geniis autem qui singulis pueris attribuebatur, preter Auctores citatos paulo ante n. 448. videantur Censoriae die natali, Plutarcho in Problem. & I. de Amicitia tranquill. Marcellinus Ammianus his, lib. 21. Empedocles domusque & Menander singulis duos attribuebant, bonum & malum.

452. Ceterum (inquit) immundi nascentur.] Ceterum, pro alioquin, etiam Tertullianum est. Est autem pulchra expositor verborum Apostoli Pauli, Cor. 7. Nam autem sancti sunt, id est, vi loquuntur Auctori, designati sanctitatis, & per hoc etiam salutis; alioquin (inquit) meminerat Dominica definitionis (Ioan. 3.) Nisi quis nascatur ex aqua & spiritu, non introibit in regnum Dei, id est, non erit sanctus. Pulcherrime sic utrumque locum concordare facies, usque adeo ut nihil contra baptismum parvulum (uxtra quod calumnium Anabaptiste) sed potius pro illo faciat; ut etiam adnotauimus supra lib. de Bapt. cap. 18. num. 126. ubi etiam necessitatem baptismi comprobastam videre est cap. 12. num. 89. & cap. 13. num. 96. ac 97. Similiter est etiam huius loci Paulini expositor apud B. August. lib. 3. De pecc. merit. & remiss. contra Pelag. cap. 12. illud (inquit) sine dubitatione tenendum, quacumque illa sanctificatio sit, non valeat ad Christianos faciens, atque ad dimittenda peccata; nisi Christiana & Ecclesiastica institutione & sacramentis efficiantur fidates.

CAP. XL.

453. Ita omnis Anima eousque in Adam censetur. &c.] Titulum veterem ita completauius: Quomodo caro & Anima peccatrix dicatur.

454. Secundum quam incedere prohibemur, &c.] Adiudicat ad illud Gal. 5. Desideria carnis non perficiuntur. Caro enim concupiscit aduersus spiritum. Manifestum autem opera carnis, &c. Atque carnales notantur infamia, 1. Corinth. 3. ubi dicitur: Nonne carnales es sis, & secundum hominem ambulabis?

455. non tamē suu nomine caro infamis, &c.] Ad hunc locum resipexisse videtur Petrus Lombardus sentent. lib. 2. cap. 31. Intauerunt (inquit) quidam secundum Anitnam trahi originale peccatum, non solum secundum carnem, quia non solum carnem, sed & An-

mam ex traduce esse arbitrii sunt. Ideoque sicut de corrupta carne caro seminatur; ita etiam de Anima peccatrice Anitam peccatricem corruptione originali infectam à gigantibus trahi. Hoc autem (addit idem) fides catholica respuit, & tanquam veritati aduersum dabant; que non Animas, sed carnem salam ex traduce esse admittit. Quare id quidem verum est, quod pauloprius dixit Auctor, quod Anima recipit ignominiam suā ex carnis societate; at hic fallitur, dum Anitam potius quam carnem peccatricem instituit offendere. Certe contrarium docent BB. Ambros. in cap. 7. ad Romanos, & August. lib. 4. contra Iulian. cap. 4. & 9. verbis ibidem a Lombardo citatis. Acquonua vox Tertulli, peccatela, pro peccato.

456. Ad eò nulla proprietas hominis in Choico, &c.] De Choico, id est terreno homine, quem illi à Psychico & spiritali homine distinguunt, vide supra l. ad. Valent. c. 26. 29. & 32. Legimus autem cum Lazio: ut instrumentū in officina vita, pro in officia.

457. Denique sensus delictorum, etiam sine effectibus, imputari soleat Anitam, &c.] Nihil hoc facit ut peccatum originale Anitam imputetur; quia (inquit Apost. Rom. 7.) iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, hoc est, in carne mea, peccatum. Quam autem & supra c. 15. & infra l. Exhort. ad casit. leges conformiter Euangelio: Qui viderit mulierem ad concupiscentium, etiam hic addidimus: mulierem, hic interum habet ad concupiscentiam, sensum, non verum transuersum.

CAP. XLI.

458. Malum igitur Anitam, &c.] Titulum hic veterem retinimus: De malo & bono Anitam. Atque etiam hoc ad prius paradoxum pertinet, quod dicat malū Anitam ex originis vito antecedere.

459. naturale quodammodo, &c.] Distinguunt naturale utrumque modo, à naturae corruptione sic distinguitur, & naturale proprietas adhuc reliquias agnoscit, nempe boni illius quod principale erat in Anite ante lapsum hominis in hominem iam corrupto, & non tam extinctum illud quam obumbratum. Qui loco contra eos facit, qui Liberum Arbitrium, per peccatum illud originale in homine, non modo corruptum aut imminutum, sed extinctum volunt, atque adeo nullam agnoscunt Arbitrij libertatem. verum de eo latius infra lib. 2. aduers. Marc.

460. & solus homo sine peccato Christus, &c.] Excipit non uno loco B. Augustin. B. Virginem Mariam Deiparam.

461. Deus bonus est, Deus videt, & Deo commando, &c.] Scriptis de hoc Argumento librum integrum Auctor de Testimonio Anitam, quem habes supra Tomo primo.

462. per secundam natuitatem ex aqua & superna virtute, &c.] Quam hic: supernam virtutem, mox: Spiritum sanctum vocat, de quo latius supra lib. de Bapt. cap. 5. num. 43.

CAP. XLII.

463. De Morte iam superest, &c.] Veterem titulum retinimus: De Morte. Interim nihil adhuc certe de ea determinat, nisi infra c. 50. & 51.

464. quamquam Epicurus, &c.] Istud ibi etiam repetitur, quum dicit: ut iam hinc non Epicuri stupor suffundatur, negantis debitum istud ad nos pertinere. Verba similia Epicuri, quae ab Auctore continentur, reperiuntur apud Lactant. inter reliqua cito

ILLAN,
tianibus

dogmata, lib. 3. cap. 17. Quando nos (inquit) sumus, mors non est; quando nos non sumus, mors est: mors ergo nihil ad nos. Respondet autem: Quis arguit nos felicit? Quasi vero transfacta mors timeatur, quia iam sensus eripitur est; ac non ipsum mori, quo sensus eripitur. Est enim tempus aliquod; quo et nos iam non sumus, et mors tamen nondum est; idque ipsum videtur miserum esse, quum et mors esse incipit, et nos esse definitius. Porro in eadem epistola, nempe ad Seneccum, reperiuntur etiam verba haec a Tertulliano in Latinum versi: o dñe. vos & deos deos nunc, tibi deo & gloriobviis cœcū dñi, tibi deo & deo. Quae citantur a Plutarcho, lib. de Tranquill. animi; et ex illo tanquam Plutarchi lib. 2. de Homero, à Gell. Noit. Attic. lib. 2. c. 8.

465. Multo coactius Seneca: Post mortem omnia finiuntur, etiam ipsa.] Bis eadem sententiam repetit. Autor, infra lib. de Resurr. car. cap. 1. & 3. Reperiuntur autem l. de Remed. fortuit.

466. Denique nec speculū eius somnus, &c.] Adiudicat ad illud ouidij:

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago?

CAP. XLIII.

467. De somno prius disputemus, &c.] Titulus huius capitis eandem seruandum: De somno pertinente ad tractatum mortis. Est autem sic necessario distinguendus locus iste: De somno prius disputemus; post, id est postea, mortem qualiter. Anima de currat.

468. Non utique extranaturale est somnus, ut quibusdam Philosophis placet, &c.] Mox eos Philosophos recentes, contra quorum singulorum opinionem singulatum disputat. Autor.

469. Stoici, somnum resolutionem sensus lysis vigoris adfirmant.] Id ipsum sic explicat Plutarthus lib. 5. de Plat. Philos. cap. 24. Plato (inquit) & Stoici somnum fieri putant sensibus quidem spiritus remissione, & tamquam laxatione; quemadmodum & super terram consenteat flatus, eodem verò se recipiente ad superciliorum intestinum, id est, anima principatum. Quorum sententiam latius explicat Autor paulo post: Superest si forte cum Stoicis, &c.

470. Epicurei diminutionē spiritus animalis.] Cum hac opinione satis conuenire sententiam Democriti & Stratonis patet ex his infra verbis Autoris: Proinde diminutionem animalis spiritus, aut indigentiam spiritus, aut segregationem confati spiritus; immortalis anima non sinit credi. Perit anima si minoratur. Ad postremum autem etiam illud pertinet quod Plutarthus cap. 25. eiusdem libri Empedocli tribut: Somnus vero alijs ignis interni segregacionem est.

471. Anaxagoras cum Xenophane, defenscentiam.] De Anaxagora paulo alter Plutarthus: Anaxagoras (inquit) somnum corporalis functionis esse; corporalem enim esse, non animalem. Disputat contra hanc opinionem, non modo Autor ex loco: Neque enim credendum est, defenscentiam esse somnum, &c. sed etiam Aristoteles lib. de Somn. & vigil. cap. 3. Porro Xenophanes, qui inter alia, teste Suidas, Elegiam scripta de transitu animalium in alia corpora, Calophonius, Anaximandri aetate vixit.

472. Empedocles & Parmenides, refrigerationem.] De Empedocle sic ubi supra Plutarthus: Empedocles somnum sanguinali calorū refrigerationem esse. Parmenidis vero eandem sive ipsius non mirum est, quum discipulum eius sive Empedoclem scribat Suidas.

473. Aristoteles, marcorem circumcordialis caloris.] Constat hot paulopost Autor, eadem sciens Empedoclis de refrigeratione sententiam, quam dicit. Sed nec refrigerentiam admittit, &c. Quod dubius clarus dedit Aristoteles loco mos erat, etiam refrigerationem pro marcore vertens interpres. Quam proinde etiā Plutarthus illi attribuit lib. cap. 25. Aristoteles (inquit) communem somniorum & Animæ autimat. Et enim rite fundit, quoniam a pectori ad capitalia loca sufficit, subiectaque anima fervor cordis refrigeratus. Verba eius sunt ita: Somnus esse concussum quandam caloris, ad interiores cordis res paret, & articulos & circuus naturæ convenienter vinculum cordis, in quo est fons sensuum, quis meatus sine fuso fungi possit.

474. Porro somnum ratio praedit, tam tam utilem, &c.] Istud præ ceteris agnoscit illud Aristoteles, quum immediate subiungit: Atque idem necessariò fit, & salutis gratia. Constat in requies anima. Post illud autem nihil emundatio rationale, addidimus iterum ex Geynes: nihil auctoratur; nam sequitur eius contrarium: extra cardines.

475. Nam & emulas somno valentur, neticam atque cardiacam, &c.] Ad Phrenos pertinet, quod habet loco citato Aristoteles: Mortales habent somno indulgere, propterea quod refrigeratus locus interior, ut non magna in distum spatio curat. Et cardiacos cum phreneticis coniungit Cicero lib. de Divin. eo quod (Celsus testit, 3. 2. 10) ad phreneticos transeant: in hoc differentia quoniam mens labat, in illis constat: est autem regula genii in ore ventricis stomachi. Ad quoniam autem puto illud quod ibidem subiungit Aristoteles atra bilis, quae natura frigida est, atricam effundit, & proinde somnum impedit.

476. etiam in lethargo, &c.] Lethargia meminit Aristoteles; qui non alius est, quam argnabili somni necessitas cum mens alienatione adeo ad eum pertinet, quod de enormitate, &c. Autor.

477. Nam & in his plurima somni parat est.] Somnum conciliari cibo & patu, ibidem aliam Aristoteles. Est vero etiam hic vox Terentiana: ratura.

478. ille fons generis Adam, &c.] Quoniam ante dormiisse Adam quā laboravit, quā le edit, immo quā & protatos est: subiunctum Gen. 2. Immisitque Dominus Deus somnum in Adam, &c. et si posteriori positum, prius tam amitteret, nempe ante illud Gen. 1. benedictum illi est. & ait: Crescite & multiplicamini, & quoniam non ad Adam solum, sed & ad mulierem duxit. Atque quid hic de somno naturali, sapit cap. 12. Exstasi interpretatione est; verum de ea latere Tom. 1. ad fragmenta libri de Exstasi.

479. Si enim Adam de Christo figurabatur. Magis proprius est hoc locis Tertullianus, quam illa Gen. figuram dabit. Similiter autem & Raphanus in 2. posuit. Symboli, inter opera B. Cyprian. Tom. 3. interpretatur hunc Gen. locum, ut per Euam de latere Adam intelligatur vera mater viuentium Ecclesia.

480. paradigmate Platonico plenius.] Quod hic natus & pederetus, paulo ante exemplar dixit. Donatus & alij, exemplum, malunt vertere. Ad quod vero paradigmata Platonica adludat, nescio; nisi forte ad Phædonem eius, ubi somnum & vigiliam vite & morti comparat, aut ad Dialog. 9. de Rep. cuius initio docet modum, quo suavis somnis posse contingere. Quod postrem confirmare videtur tota sequens & longa de amore Adam narratio Auctoris. Atque de Proverbio: lineas agere, vide nostra Prologomena.

481. resurrectiōne mortuorum tibi adfirmat, &c.] De hoc latius lib. sequ. de Resurr. carnis.

CAP. XLIV.

482. Ceterum de Hermotimo, &c.] Verba hæc ipsa Auctoris veterem titulum huic comprobant: De Hermotimi Anima. Huc pertinet quod supra cap. 2. habet Auctor: ut Hermotimum, cui Clazomenij mortuo templum contulerunt, fecit etiam Hermotim imitationem, qui posset in Pythagora reuxerit, c. 28. & 31. Scriptis etiam Lucianus Dialogum Hermotimi titul. Historiam aurem seu fabulas defunxit Auctor ex Plinio nat. hist. lib. 7. c. 52. Reperimus (inquit) inter exempla Hermotimi Clazomeni Animam relicto corpore errare solitam, vaginamque e longinquæ multa denuntiare, que nisi a præfatis nosci non possent, corpore interior semianimi; donec cremato eo inimici, qui Canende vocabantur, remeanti Anima velut vaginam demerit.

483. secessionem Animæ esse somnum, &c.] Ita proposita legendum, pro eo quod erat: somnum. Quis autem hanc Somni definitionem primus somniantur, disquerat curiosus Letitor. Et vero rursum vox Tertulliani: subornetur, de qua supra lib. de Prescript. adu. her. num. 38.

484. vt de incubone præsumptio est, &c.] Merlinus incubonus etiam virogo satis nesci est; quam vero Soranus opponat valetudinis labem, neq; eo an apud Medicos reperiatur, quam illius operum ferè nihil exstet.

485. quod etiam Epimenidem in fabulam impedit, &c.] Etiam hoc ex Plinio defunxit ubi supra: Et in Gnoë (inquit) Epimenide similiter accipio. Puerum apud utruncum felum in specie VII. & l. dormisse annis; rerum faciem mutataenique miratam, velut postero ex-perpetuum die. Atque de Nerone & Thrahemede in-falatius c. 49. n. 551. ac 552.

486. Theopompos.] Verisimiliter loquitur, non de Theopomo Atheniensis antiqua Comœdie Poëta, sed de Theopomo Chio, qui variis scriptis historias, & literas discepulo.

CAP. XLV.

487. Tenetur hic de somniis quoque, &c.] Remunimus hic etiam veterem titulum: De somniis, quomodo ea patiatur Anima, & unde eueniantur. Atque ea de re vide tum Aristotelem lib. de Insomniis, tum Platonem initio Dialogis, de Republica, Lachantium lib. de Opific. Dei, cap. 18. & Nyssen, lib. de creat. homini, cap. 14. Macrobius denique lib. 3. in Som. Scip. qui quaque ibi somniorum genera prosequitur.

488. Hanc vim extasim dicimus, &c.] De Extasi tractatum differimus ad Tomum sequ. in Prefat. ad Fragmēta librorum Terculliani de Extasi.

489. si compores somniaremus.] Quod hic du-

bie, mox clvè dicit: quam compotem esse non licet, nempe visionis in somnis honorum aut malorum.

490. nō magis enim ob stupri visionem damnabimur, &c.] Huc perinet quod respondet B. Gregor. Augustino, Anglorum Episcop. cap. 11. de pollutione nocturna, quando celebrationem & communionem impediat.

CAP. XLVI.

491. Ecce rursus vrgemur, &c.] Capiti huius, quod à priori ob prolixitatem cum aliquot sequentibus distinximus, titulum dedimus: Quod vana non sint somnia.

492. Vana in totum somnia Epicurus iudicavit, &c.] Facile est credere quod Epicuri fuerit hoc opinio, quippe qui etiam, viri subungit, liberari à negotiis diuinatatem, de quo supra Apolog. cap. 45. nn. 569. & lib. aduers. Valent. cap. 7. num. 61. & dissoluerit ordinem rerum, ut potest qui prouidentiam Dei tollat: & in passuitate, id est licentia vita, omnia spargat, quippe qui voluntatem somnum bonum constituerit; & alia eiusmodi diceret, que ad vitia primum aliqui populum allicerent, sicut late prosequitur Laclant. lib. 3. cap. 17. & Cicer. lib. 1. de Diuinat.

493. Homerius duas portas diuisit somnii, &c.] Reperitur hoc apud Homerum Odyssea T. cuius versus Graecos Virgilius Aeneid. 6. sic verit:

Sunt genina somni porta, quorum altera fertur
Cornea, qua veris facilis datur exitus umbris:
Altera candenti perfecta intus elephanto:
(eburnea, nemp)

Sed falla ad cœlum mitrunt insomnia manes.
Citarur enim in hanc sententiam Virgilius etiam à Laclant lib. de Opific. Dei, cap. 18. Defunxit autem Homerus istud ex Plasone in Charinde.

494. Aristoteles maiorem sententiam mendacio recitat, agnoscit & verum.] Hoc vnde dicere de Aristotele Auctor; quod quamquam putet maiorem partem somniorum mendacum esse, tamen etiam veram subinde in illis agnoscat. Ipse enim lib. de Diuinat. ger. somn. neque contemnendam esse eam docet, nec eisdem habendam; & quibusdam tamen ex somniis diuinationem esse, non fieri incredibile. Quod autem ex Deo negat immitti; contra eos id dicit, qui omnium somniorum causam Deum faciunt.

495. Telmessenses nulla somnia euacuant.] Euacuare uidetur sumere Auctor, pro vacua, id est vana facere; quia, teste Cicerone ubi supra, Telmessenses, à Telmessi urbe Caria sic dicti, erant admodum diuinationibus & Aruspicum reponens dediti, & prōinde etiam verisimiliter diuinationi que fit per somnia.

496. Qui autem tam extraneas humanitatis, &c.] Huc pertinet illud quod infra habet Auctor cap. 57. At inquit aliqua somnia que videntur vera sunt. Responderet Auctor: Non enim quia videntur vera sunt, sed quia adimplentur. Fides somniorum de effectu, non de conspectu renuntiatur.

497. Astyages Medorum regnator, &c.] Hoc fuisse profugitus Herodotus, qui etiam ab Auctore citatur, hist. lib. 1.

498. Hoc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior.] Floraesse enim scribit Suidas Persicus temporibus Olympiade 75. Qui quum Persica inter cetera multa historica scriperit, verisimile est in illis contineri

ILLAN⁹
tianibus

quod hic citat Author. Allegatur idē subinde ab Atheneo & Plutarcho. Rētē autē addit meo iudicio Author: Qui filium eius tanto operi interpretati sunt, non fefellerunt.

499. Philippus Macedo nondum pater, &c.] Adnotauit Latinus istud etiam à Plutarcho recenseri in Alexandro, sed paulo altero initio.

500. quia leo semel pater est.] Videlur id sensisse, de quo Plin. lib. 8. cap. 16. semel (inquit) edi partum. (Ex proinde semel dumtaxat Leonem patrem esse) lacerato vngui acie utera in enixa, vngum credidisse video. Aristoteles diversa tradit L. de Animal. scuti etiā ipse Plinius.

501. Aristodemus vel Aristophon.] Quis sit iste Aristodemus, nescio, an ille qui, teste Suidā, compendium uniuscū Herodianae doctrina scripsit, an vero qui collectarum fabularum, Plutarcho teste, aliquot libros edidit. & quo etiam citatur Aristophon Comicus, vit etiam à Laertio.

502. Ephorus scribit.] Quum Ephorum Cumamnum seniorem Theopompo aquilem faciat Suidas (quem ait Alexandrum laudib[us] ornasse) videtur non approbanda exum sententia, qui hunc Philippum Macedonem antecessore scribunt; sin securi, poterit de Ephoro Cumano iuniori Tertullian intelligi.

503. Sed & Dionysij Siciliæ tyrannidē Himeræ quædam somnianuit.] Restituis sic Basilienſis editio, quam Gagnai: Hemereca. Hinc autem caſſigandus est Valerius Max. I. c. 7. de somniis, & legendum Himeræ, pro eo quod est: Himeræ. Neque enim proprium nomen est Himeræ, recte adnotauit Leopard. Emend. I. 8. cap. 7. sed gentile potius, ab Himeræ urbe Sicilia, Stephanori patria. Addens præterea, quid apud Suidam reperiatur ipse quæcā cūrītivio. De quo penes cum fides esto, quia in illo reperi non potius.

504. Heraclides prodidit.] Idem citatur etiā infra c. 57. de Oraculis. Verisimile est eidem esse, qui utrobius citatur, quis autem ille fuerit inter tot eius nominis scriptores, dispuicat Lector curiosus.

505. Et Seleuco regnum Asia, &c. Euphorion prouulgauit.] Euphorionē intelligit, qui (teste Suidā) Bibliotheca prefuit apud Magnum Antiochiam Syria Regē, & libros sex de Oraculis adidit. Fuerūt enim Seleuci dico Antiochi eius predecessores; de quorum primo loqui videtur Author, qui inixa Eusebij Chronicon, capto Demetrio, destruxit Asia regno, ex viroque unum faciens, Syria & Asia pariter imperauit.

506. Mithridatem quoque, ex somnio Ponti portiū, à Strabone cognoscō.] Habet id Strab. I. 7.

507. Et Balaridep Illyricum, &c. de Callistheni, &c.] Callisthenem illum intelligit haud dubie, cuius Rerum Macedonicarum libros citat Plutarchus, in Parallelis minoribus, c. 15. An idem sit qui ab Alexander intersectus sit, nescio; qui quum non existet, de Bala ride historiam alibi querat Lector.

508. Reformatorem Imperij, &c. Iuliū Octavianum tantum, &c. Marcus Tullius iam & Augustum, &c. de somnio norant. In Vitellii Cōmentariis conditum est.] Quum non existent Vitellii Cōmentarij, penes nostris Authorē fides esto: sufficit quid id ipsam reperiatur in vita Ciceronis apud Plutarch.

509. vt quum Cæſar, &c. alijs inaſſitare, alijs diſcriſmen ab hostiis relaturus.] Ex caſſigatione Harrisij: diſcriſmen legimus, pro: crimen, eo quid de bello Cæſſi & Bruti in hunc modum scribat L. Florus

lib. 4. cap. 6. Primum adeo anceps fuit, & per utique certamine diſcriſmen, ut exiſta preliſ decuit. Cæſar hinc Cæſaris caſtra, inde Cæſſi. Tiqui ad interlocution huic loci facit, quod habet Latt. lib. 2. cap. 8. illud quippe (inquit) ſomnium non minoris fuit admiratio, quod Cæſar Auguſtus dicitur eſſe feruatus. Nam, quoniam ciuiſi Bristiano, implicite graui morbo, abſente palaſſuſſer: medico eius Artorio Minerua ſpecies obſeruaſt, monens ne proper corporis imbellitatem, caſtra ſumineret Cæſar. Itaque in aciem perlataſt, & ab die à Bruto caſtra capta fuit. Atque hoc est quid diſcriſmen detinuit tabernaculo: de quo vide ſuſt. iuliani Octani cap. 91.

510. vt quum Polycratij Samio filia cum proſpicit, &c.] Quo tempore hic vixerit, explauſiuſ lib. 3. cap. 1. Polycratij (inquit) Sami pugnat, diſcretus illi annulus in mare abiectus, capo manu pofſe; ipſo, circiter 230. annum. Pris noſtrenſe.

511. de foliis vnguine.] Explicit ifud lib. 2. foliis, ſcribens diſcam Polycratij filia vnde per ſuſt patrem ſublimem in aere, qui à ſole vnguineo profixus in cruce acum foliis ardore exſufiatur.

512. & lauacio Louis.] Iſtud eft quod ille in rodoruſ illam ſomniante ſcribit, quod patet à loco reetur; hoc eft, plusvis, & imbribus, que in die tribuebant, perfunderetur.

513. Ciceronis denique dignitatem nullam nunc, gerula iam ſua inſperata. Iam iterum ex Gagnai: gerula iam ſua, pro genere ſuam. Vide verò ifud apud Plutarch, init. vol. ciceronis.

514. Cycenus de ſuſt Socratis deminutio mines, diſcipulus Plato eft.] De hinc Lato vita Platonis: Dicitur Socrates per ſomniū. Cycni pullum inter genua habere, qui tunc prodiuſt alis excolat, iuando clavore edat. Pro diſcipulo Platone ipſi commendatum eſt, & ſuam hunc illam auem eſt.

515. Cleonimus Pytēs ab Achille caſtra ſomniis.] Vide Homerum. Cleonymum emendat inſectatur Aristophanes in Nubib[us], tempore cœm & timidiſt. Pytēs autem pro pugil, veritate.

516. Coronam auream, &c. Sophocleſcus rediuenit.] Vocat eundem Plinii lib. 7. cap. 16. gici corburni principem, Atheniensis ſat ſuſt exhibuit ſabulos 123, viatorias 29, retraictas 100 autem ſomniis eius habet Fulgus lib.

517. Neoptolemus Tragedus apud Herennium Troia ſepulcrum Aiacis, &c.] Sic ſeptembris in ſuſt cum Leopardo Emend. I. 3. cap. 15. ac 16. pro eiusmodi apud Erythreum. Nā id in hac verba conſideraſt, lib. 5. c. 30. Extra ſuſt ſunt (inquit) Rhetae intercedentes & Dardano oppidū habitata. Apud diſcipulum geſuſt & Eantion Rhodius conditum, in domo Aiacis ibi ſepulcrum.

518. Quanti autem Commentatores, &c. viarios hic Commentatores citat, qui de ſomniis pferunt. Atqui interpretationis ſuſt Authorē pferunt. Amphitryon ponitur à Plinio lib. 7. cap. 16.

519. Artemon.] Ex Artemone quantum agere Medico, quædam diſcriptio Plinii lib. 8. cap. 1. Cōture etiam Artemon Cōmentarii ſuſt ſuſt. Autipho, &

520. Autipho.] De hinc ita ſuſt. Autipho, & Autieniensis coniector ſuſt arufex (ut diſcriſmen ſuſt) de interpretatione ſomniiorum ſcribit.

521. Strato.] Hunc idem de Somno & de Insomniis scripsisse testatur Laertius, nempè Stratonem Lampriscum.

522. Philochorus.] Etiam hic, Atheniensis Vates & Atrape, de diuinatione partim libros 4. scripsit; atque etiam ex somniis siebat diuinatio. De hoc iterum paulopost.

Auctor: cum Philochoro Athenensi.

523. Epicharmus.] Epicharmi carmina quaedam habet supra & infra. Laertius vero scripsisse etiam eum tradidit Commentarios de Natura & de Medicina. In illis itaque verisimile est eum etiam de somniis aliquid scripsisse. Videantur Roma in Bibliotheca Vaticana. Certe Auctor paulopost: Ceterum Epicharmus (inquit) etiam sumnum apicem inter diuinations somniis exultit.

524. Serapion.] Ex Serapione quodam Plinius se quodam sumpsisse adnotavit ad l.2. & iterum ad l.4. ubi etiam Antiochenum vocat. Fuerunt vero etiam alijs Serapiones.

525. Cratippus.] Cratippus Philosophus Peripateticus scripsit libros De diuinatione & Somniis.

526. Dionysius Rhodius.] Dionysium Musonij filium Rhodium à quibusdam dici, adnotauit Suidas, qui fuerit historicus, & fani solis sacerdos.

527. Hermippus.] De hoc sic paulopost Auctor: Cetera cū suis & originibus & ritibus & relatoribus, cō omni deinceps historia Somniorū Hermippus Beritensis quinque voluminum satissimè exhibet. Hunc autem discipulum Philonis Biblij, sub Atticā Imperatore, multa scripsisse tradit Suidas.

528. Nā & oraculus hoc genus stipatus est orbis.] Oracula varij generis adfert, & concinuit mandat, Euseb. l.5. De prepar. Euang. c.10. & præstigia apellat. Lactant. l.2. cap. 17. Plura autem diuinationis oraculara genera enumerat Clemens Alexandr. Orat. ad Gentes, nempè lebetem Theoprotum, tripedem Cyrrheum, & Dodoneum, Gerandrym, fontem Castaliam, fontem Colophonis, Clarium, Pythium, Didymeum, & Apollineum, præter ea, de quibus mox latius.

529. ut Amphiarai apud Oropum.] sic legimus cum Leopardo, loco mox citando, pro: Horopum; quia Oropus oppidum in confinio Bœotie legitur apud Plin. l.4. c.7. qui etiam Amphiarai meminit, quod apud Thebas obierit una etate ante bellum Iliacum, cuius filio Tiburte venustiores existent ilices tres in agro Tiburtino, apud quae inaugurations traditur. Certe oraculum Amphiarai nominatum addit ubi supra Clemens Alexandrinus.

530. Amphilochi apud Mallū.] Legimus Amphilochi cum eodem Leopardo, pro: Amphiloci. Nam etiam Clemens Alex. Amphilochum oraculum celebrat, sciat etiam B. Iustinus Mart. Apolog. 2. Mallum vero oppidum Ciliciae propinquum, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 27. subintellige.

531. Sarpedonis in Troade.] De hoc ita Plinius lib. 13. cap. 13. Præterea Mutianus ter Consul prodidit, se legi, quam præsideret Lycia: Sarpedonis à Troia fuisse in quodam templo chartam. De oraculo autem eius, vide Philostratum in Herodio.

532. Trophonij in Bœotia.] Idem Plinius lib. 34. laudat opus Eutycratii simulacrum Trophonij, ad oraculum, de quo sic latius lib. 31. cap. 2. In Bœotia ad Trophonium Deum, iuxta flumen Orchomenon, duo sunt fontes; quorum alter memoriam, alter obliuionem adfert, inde numinibus inuenitus, & hinc in Proser-

bium: In antro Trophoaij ratiocinari, de quo late Euseb. mus in Chiliadibus. Atqui ad istud oraculum etiam reffexit Plutarchus l. de Deficiet. oracul. citatus ab Euseb. lib. 5. De prepar. Euang. cap. 8. Nullibi namc quād in Lebida Bœotiae oraculum in illis partibus inuenitur. Sic enim omnino ibi legendum est, pro quod erat corrumpē: Boetia.

533. Mopsi in Cilicia.] Mopsi cuiusdam Patris meminit Melæ, qui in finibus Pamphyliae Phaselim urbem considerit; an idem sit cum: Apollinis filio, cum que Calchas de peritia diuinandi certasse scribatur, Le. Elori iudicandam relinqu. Kalerius Argonaut. lib. 1. Sacrum Mopsum quendam commemorat, de quo hic Auctor loquitur.

534. Hermionæ in Macedonia.] De oraculo Hermionæ sic habet Suidas: Hermione, Peloponesi oppidum est, Cereris, & Proserpina asylum. Ibi itaque verisimile est oracula pronuntiari solita.

535. Pasiphæ in Laconica.] Sic legendum omnino, pro: Pasiphæ, recte adnotauit Leopardus Emend. lib. 8. cap. 4. Nam consentiunt Cicero lib. 1. De diuin. ac Plutarchus in vita Agidis & Clemens. Qui praerant (inquit Cicero) Lacedemoniis (hinc in Laconica addit Auctor) non contenti vigilantes curia in Pasiphæ fano, quod est in agro propter orbem, somnandi causa excubabant, quia vera quiete vacula ducebant. Consentit etiam cum Plutarcho Panthæus in fine Laconic. scribens: In Thalamis (quam Stephanus dicit fuisse Messenæ urbem) fuisse Iouis oraculum, Græcæ præteor, & fanum, in quo futura diuinantes prouiderent, eretique esse ex arc signa in ea fani parte qua subdu est, Pasiphæ (sic enim recte etiam illum locum restituit, pro: Paphia) unum, solis alterum. Nec mirum, quum solis fuerit filia Pasiphæ vxor Minois Creta Regis.

536. Sed & Stoici Deum malunt, &c.] Hac de similitudine videtur ex lib. 1. de Nat. Deorum Ciceronis, ubi similia videre est, sicutiam apud Plutarch. lib. 5. de Plat. Philo cap. 1.

537. Nam de oraculis etiam cereris, &c.] Similiter supra Auctor Tom. 1. Apolog. cap. 22. de dæmonica virtute: Ämulantur (inquit) diuinitatem, dum furantur diuinationem. In oraculo autem, quo ingenio ambiguitates temperent in eventus, scitum Cresci, scitum Pyrrhi, &c. ne prolixior sim, remittens Letorem ad Adrotat, illic nostras num. 349. 350. 351.

538. Eodem pertinet illud cap. 23. de Magis: si pueros in eloquio Oraculi eliciunt.

CAP. XLVII.

539. Definimus enim à Dæmoniis plurimum incuti somnia, &c.] Titulum huic capit. a precedentiis recens distincto, dedimus: Quæ sit de somniis Christiana sententia, quod nempè plerunque à Dæmonio aut Deo immittantur, aut ad Extasis pertineant. Atqui prima illud etiam supra adseruit Auctor dicti Apolog. cap. 23. de Magis: si & somnia immittunt.

540. A Deo autem, &c.] Latum habes tractatum

LIAN,
tianibus
II.

Adnotat. in lib.

640

hunc fere similem de somniis quae à Deo incutiuntur,
apua B. Gregor. Niss. lib. de creat. hom. cap. 1. 4.

541. pollicito scilicet & gratiam spiritus san-
eti, &c. More solito magis sensum citas scripture loel. I.
quam verbaz que ipsa inuenire est Act. 2. Historia au-
tem somni Nabuchodonzor Daniel. 2. notissima est,
quam etiam Niss. citat.

542. ex viiōib⁹ Deum discunt.] De visioni-
bus supra Tam. 2. l. d. dol. v. 15. n. 121. Hic autem etiam
de viiōib⁹ ethniconum loquitur; quippe qui sine
major penē vis hominum.

543. ita & tentatio mali in sanctos, &c.] Iterū
hic Malus substantiæ pro diabolo accipitur; de quo quid
dicis: à quibus nec interdu absit, videatur perti-
nere ad illud Psal. 90. A sagitta volante in die, ab in-
cursu & dæmonio meridianu. Locus vero Epicharmi
alegorian⁹ potest, quod non exstet eius opus de Somniis.
Atqui de Extasi infra Tomo sequ. Legimus autem mox
eum Gagiano & Gelenio: neque ab anima videbun-
tur accidere, pro eo quod irreperat in edit. Lugdun.
occidere.

CAP. XLVIII.

544. Certiora & colatiōra somniari affirmant,
&c.] Caput hoc etiam ab aliis separatum, inscripsimus:
Quod reliqua quæ de somniis scribuntur, inge-
niola magis quam constanter probentur. Atqui
huius opinioni quod statim post cibum minus occurrant
somnia, fauer Plinius l. 10. c. 75. quoniam dicit: A vino &
à cibis proxima, atque in redormitione vana esse visa, pro-
pè consuevit. Alioquin videatur proprius cum Autore sen-
tire, quod casu procedant.

545. Ex temporibus autem anni, &c.] Hand ab-
simile est illud Plin. l. 28. cap. 4. Aristoteles (inquit) &
Fabianus, plurimum somnari circa vernum &
autumnū, magisque super cubitu, at prono nihil; à qui-
bus interim diffensare Autore videtur his verbis: si ne-
que resupina, neque dextro latere decubunt; sicuti
eriam, quod verno magis quietam esse Animam
premisit. Et si autem pro se Platonē citer, non potius apud
illum reperi; permittens Lectori inquisitionem diligen-
tiorem.

546. Supersticio, ut quoniam apud Oracula, &c.]
Rursum Oraculorum, de quibus supra cap. 4. meminit;
& ieiuniū insuper addit, quod indicebatur apud
Oracula incubaturis, de quo iterum paulo post: Sic
enim & dæmonia sobrietatem expostulant a suis
sommnatoribus. De præsumptione vero Pythagori-
corum fabam recipuentium, vide supra cap. 31.
num. 38.

547. Atquin tria illa cum Daniele fraternitas, &c.] Latinus hec Danielis 2. cap. historia, tractatur
infra lib. de Ieiuniū, Tom. 5.

548. trium hebdomadarum statione.] Statio-
nem hic etiam pro statu ieiuniū accipit Autore, de quo
latius supra lib. de Orat. cap. vlt. num. 58. & l. 2. ad Vxo-
rem, cap. 4. num. 24. Mirum est autem, quod trium heb-
domadarum stationis, id est ieiuniū, meminerit; quoniam
nisi quā apud Danielem, neque infra l. de Ieiuniū adia-
psich. ierti temporis vlt. fiat mentio.

CAP. XLIX.

549. Infantes qui non putant somniare, &c.]
Titulum huic capituli etiam ab aliis distincto, damus.
Quod & infantes & omnis omnino gens somnia
pariuntur. Atqui distinctis verbis hanc opinionem, quod
Infantes non somnient, tradit Aristoteles lib. de

Insomn. cap. 3. Et etiam ante cultum contra finis
Plin. lib. 10. cap. 75. Somniis (inquit) statim infansque
& favore expurgisetur, & suatum imitetur.

550. Sed & quod Libyca gens Adlantes, &c.
Etiam hoc non solum Herodotus habet, quem citat Au-
tor, in Melpomene (vbi ante me adorant Lupi)
Emend. l. 8. c. 2. sed etiam Plin. tum loco iam dicti, in
quodam numquam somniare scribit, tum l. 3. cap. 8. &
tlatet (inquit) degeneres sunt humani ritus, neque infan-
tia vident, qualia reliqui mortales. Locum vero Anto-
telis de heroë quodam Sardinie, querat Lettingus
nobis ad alia proferandam.

551. vt Neronis quoque scrii somniatori, &c.
Latius de hoc supra Autore cap. 4. 4. Sed & Neronis
(inquit) Suetonius negat vñquam somniare, in
in ultimo exitu post paucos suos. Verba Suetoni
in Neroni, cap. 46. haec sunt: Terrebat a sacerdotiis
tribus portentis somniiorum, & auspiciorum, &
num, tum veteribus, tum novis, numquā annunciat
solitus. Adhuc eodem videtur Plin. dicit, l. 10. Mortiferum fuisse signum contra confusione
morum, invenimus exempla.

552. & Thrasimedis.] Similiter etiam Autore
præ loco iam citato: Sed & Thrasimedes Therop-
pus negat vñquam somniare. Repertus deponit
pliastarchum (inixa quod loco citato adserens) loqu-
lib. de defect. Orac.

553. quia nullus iam gens Dei extrahit.
Vide de hoc supra lib. aduers. Iudeas cap. 7. in pli-
merationem variarum gentium; sic contulit. Sic
autem regnum & nomen ubiq; porrigitur
creditor, ab omnibus gentibus supra emulo
colitur, ubique regnat, ubique adoratur, ubique
ubique tribuitur æqualiter. Ende pertinet quod
Autore sequit. quoniam contraria, omnesq; na-
scendat in montem Domini, & in rede Dei.

CAP. L.

554. Satis de speculo mortis, &c.] Hoc
titulum hoc modo auximus: De mortis vi in omni-
qua Menander falsè per suū baptisma effici-
fus exiit. Atqui de morte profugit ut in
eque, quem coparet traxit, supra cap. 4.

555. Finem omnium questionum, &c. con-
tinent illæ etiæ Ethnicon sententia, Curi. 6. ad
Extremum omnium rerum mortis; Horatij Epist. ultima linea rerum. Sicuti etiam ad id quo aplin
Debitum natura, tum hic, tum infra lib. de Ieiuniū
ab Autore, illud Horatij lib. de Arte: Dicentes
nos nostraque. Adhuc autem: hoc Dei vocatio
latam, adhuc ad illud Gen. 2. Quacunque homi-
ris ex eo, morte morieris.

556. sed heretici Magi Menandri Semini
furor, &c.] Menadri, quem his, B. Iust. 1. 12. 10.
2. ac trenum secutus, Samaritanum vnam, conser-
res recens et supra Autore. de Prodig. lib. hec quod
her. 2. n. 302. Vbi etiam baptifili eius fit mortis. In
hic præterea additur, quod diceret immortales &
corruptibles, & statim refutationis compo-
qui baptifina eius induerint. Quod ipsam etiam
Irenæo despūxit lib. 1. cap. 21. Refutatim enim
id quod est in eum baptisma, accipere ut de ipsa. Et
vtrix non posse mori, sed perire non possentes &
immortales. Item ex B. Iustini Mart. Apolog. 2. p.
illud ait sectatoribus suis, nomen mortis esse
suffisse. Quod ipsum in suā historiā transiit.

* Niciphi loci supra citatis. *Qui infra lib. de Resu carnis errorum alterum eius recenset Auctor de carne hominis ab angelis procreata.*

557. Sed aut ebriosos reddit Lyncestarum venia vinosa, &c.] *Supra lib. adu. Valentini. cap. 15. similiter Auctor: & Lyncestarum que ebrios efficit; vbi in hec verba Rhenanus: Lyncesti Macedonia sunt populi; unde Lyncestis Graeca forma, cuius vim describit Natura lib. 2. Nat. hist. cap. 103. quod est de miraculis aquarum fontium, & fluminum: Lyncestis (inquit) aqua qua vocatione acidula, vini modo temulentos facit. Itene in Paphlagonia & in agro Caleno fontis Paphlagonici meminit & Marcus Vitruvius. Idem prodit de Lyncesti Seneca Nat. quest. lib. 3. cap. 20. adiuvens hos duos versiculos ex Ouidio:*

Quem quicumque parum moderato gutture traxit,

Haud aliter titubat, quam si mera vina bibisset.

558. aut Lymphaticos efficit Colophonis scaturio demonica.] *De Lymphaticis aliquid supra dictum lib. de Baptismo, cap. 5. n. 38. Colophone autem (inquit ubi supra Plinius lib. 2. cap. 106.) in Apollinis Clari specu lacuna est, cuius puto mira redduntur oracula, breuore vita. Meminerunt eiusdem Clemens Alexandr. lib. 2. aduers. Gentes, & Eusebius de Prepar. Euang. lib. 2. cap. 5.*

559. aut Alexandre accidit Nonacris Arcadia venenata.] *Haud absimiliter loco citato supra Auctor adu. Valentini vt & Nonacris, quæ Alexandrum occidit. Vbi sic Rhenanus: Liber hic (inquit) M. Vitruvij verba adscribere Tertulliano, quantum ad Alexandri Marii mortem adinbet, conscientis, lib. de Architecturæ tractatu: Est (inquit) in Arcadia Nonacris nominata terra regio, quæ habet in montibus exaco stellantes humidissimos humores. Hæc autem aqua Stygos hydor nominatur; quæ negre argenteum, neque aneum, neque feruum vas potest subfistere, sed dispergit & dissipatur. Conseruat autem eam & continere, nisi mulina ungrala potest. Quæ etiam memoratur ab Antipatro in prouinciam ubi erat Alexander, per lollam filium perlata esse, & ab eo ea aqua regem esse necatum. Hactenus ille. De aqua variante Plinius & Quintus Curtius; cum Vitruvio & Tertulliano consensit Pausanias. De aqua etiam Nonacride non tacet Seneca Nat. quest. lib. 3. Quedam (inquit) aqua mortifera sunt, nec odore notabiles, nec sapore. Circum Nonacrin in Arcadiâ styx appellata ab incolis, adueniens fallit; quia non facit, non odore suspecta est, qualia sunt magnorum artificiorum venena, quæ comprehendit nisi morte non possant. Qui habent id Pausanias & Q. Curtius, uti ante me aduersus Leopoldum Emendat. l. 4. c. 8. qui insuper etiam Platarchum citat in Alexandro, & Ioannem Monachum eum verba citantem: item. Alian. l. 10. c. 40. hispot. animal. Trogum sive luctinum, Herodotum in Erato, Arrianum, Ianius Parrhasium in Clandianum & Callum, denique etiam Plinius lib. 30. cap. 6. Atqui non varians hic Auctores de aqua huic venenato nomine, vii putas Rhenanus sed Stygam nuncupant.*

560. Fuit & Iudeæ lacus medicus ante Christum.] *Probaticam pescinam intelligit, de qua Ioan. 5. 561. Plane Stygas paludes Poëta tradidit mortem diluentes, &c.] *Miraphras: mortem diluentes, quantum apparer, promortu sua diluvione occasionem dantem; sicut similis est illa Iulij Caesar. 2. lib. Bell. civil. super latentes corio inducuntur, ne canalicibus immissa aequaliter diluere posset, id est, diluvione extirpare;**

mea quidam sententia. Atqui videtur Auctor Stygas paludes à Nonacti distinguere, quam tamen Vitruvius, Plinius, Q. Curtius, & alijs plerique Stygem pro eodem habere videantur, & nominativi sicut & Seneca, circa Nonacrin Arcadiæ Stygem collocent. Nisi quis malit (quod vero similius videtur) Stygas paludes eas dumtaxat ab Auctore intelligi, quas Poëta (Virgilinus nempe, aut Homerus) in inferno collocat. Pro quo facere videtur quod Auctor subiungit: Sed & Theris filium plangit, nempe mater Achilleum iam mortuum, atque adeo Stygis paludibus dilutus; cuius plancum videre est apud Platonem l. 2. de Repub. ex Aeschilo. Item illud: moriendum erit nihilominus ut ad Stygem venias. Apud inferos enim dicitur.

562. Quod hoc Menandri balneum, Comicum credo.] *Metaphorici à Menandro heretico transit ad Menandrum Poëtam Comicum, imitatus in hoc B. Iren. lib. 2. cap. 27. qui verisimiliter alicubi Balnei meminit alicuius, uti ferè solent Comici.*

563. apud quod nec pro Deo ipso mori lex est.] *Institutus Menandrum unum fuisse ex Martyribus refugatoribus, cum quibus disputat infra Scorpiano aduersi Gnosticos. Atqui Medea venefice historia omnibus nota est. Addit autem: et si licuit in veruecem, propter subversio ab ea vellus aureum.*

564. Transflatus est Enoch & Helias, &c.] *Similiter Auctor Tomo primo, lib. adu. Iudeos, cap. 2. Nam & Enoch in illis, non circumcisum nec fabbatizantem, de hoc mundo transtulit, qui nequam mortem gustauit; ut aternitatis candidatus iam nobis ostenderet, nos quoque sine Legi Moysi onere Deo placere posse. Et infra lib. de Resu carnis, cap. 58. Quod hodie (inquit) Enoch & Helias, nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi, quia tamen de ore translati, & hoc ipso iam aternitatis candidati, ab omni vitio, & ab omni damno, & ab omni iniuria, & contumelia immunitatem carnis ediscunt; cuinam fidei testimonium signant, nisi quæ credi oportet, hac future integritatis esse documenta: Et supra huic quoque lib. cap. 35. Helias (inquit) non ex cessatione vite, sed ex translatione venturus est, nec corpori restituendus, de quo non est exemptus, sed mundo reddendus, de quo est transflatus; non ex postlimio vita, sed ex supplemento prophetiae, idem & ipse & sui nominis & sui hominis. Quæ exprestæ militant aduersus Iudei Zantem Aben Ezra, qui illud: transtulit eum Dominus Gen. 5. de morte intelligit; quem contra sentiant cum Auctore Philo Iudeus, lib. de Vir. sapient. Iren. l. 1. cap. 5. & lib. 4. cap. 30. Hieronym. aduers. Pelagian. lib. 3. & Patres omnes. Immò ipse Apostolus Paulus Hebr. 11. Fide (inquit) transflatus est Enoch, ne vidaret mortem.*

565. Ceterum morituri referuantur, &c.] *Aduersit ad Apoc. cap. 11. Et dabo duobus testibus mens, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti stolis, &c. Et cion finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyso faciet aduersus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos, &c. Et post tres dies & dimidium, spiritus vita & Deo intrauit in illos, & steterunt super pedes eos, &c. Et ascenderunt celos in nube. Hoc est enim quod subiungit: ut Antichristum sanguine suo extinguatur. Ceterum vel hinc patet: verior rum Auctorius, tum BB. Hieron. epist. 14. 8. ad Marcellum, & Augustin in Gen. ad litt. l. 7. & l. de peccat. meritis, cap. 3. sententia: quod morituri referuantur; quam aut Procopij, qui immor-*

LIAN,
tibonibus
II.

talitate donatum putat, aut Gregorij Na^zianzeni dubia
hac de re opinio.

566. Obiit & Ioannes, &c. frustra fuerat spes,
&c.] Idem habet B. Hieronym. Catal. Script. Eccl. addens
insuper obiisse Ioannem sub Traiano, anno post passionem
Domini 68. item Euseb. hisc. Eccl. lib. 3. cap. 25. ad-
iiciens quod Ephesi obicerit, ex Episcola Polycratis, cuius ipsa
verba etiam postea in suam historiam translatis Nicophorus.
Nec dissentit B. Augusti. Serm. de fer. 4. Pasche, ubi tractat
illud, id quod hic Autor adiudicat: Exiuit ergo sermo ille
inter fratres, quod discipulus ille non moritur; ut potest in-
terpretatus verba Christi: Si eum volo manere donec ve-
niamus, de Ioanne, quod non esset cruenta morte moriturus,
ac si mortuum faceatur; cui in hoc affectu tantum etiam Be-
da & Smaragdus sermon. in Euangel. in festo B. Ioannis
Euangelista. Consentaneum Martyrologia omnia, & usus
Eccl. que festum Natalis eius, id est abitus, obseruat 3.
post Natalem Domini feria. Atque illis verbis, quem in
aduentu Domini remansurum frustra fuerat spes;
ostendit se illus non adsentiri, quod cum Enoch & He-
lia traslatum fuisse, & reducendum putant ad aduentum
Dominii; quod videntur sentire Frecculphus Chron. Tom. 2.
lib. 2. cap. 9. & Metaphrastes in Vita B. Ioannis. Verum
cum Autore faciunt dicta verba Apocal. de duobus
dumtaxat Propheta, & ipsa verba Ioannis: Et non dixit
Dominus. Non moritur. Ceterum omnino legimus paulo-
post: videat illos meus Thomas (ubi adiudicat ad B.
Thomam Apostoli incredulitatem Ioan. 20.) adiudicat, con-
trectet, & credat: pro eo quod erat: & credidit.

C. P. L.

567. Opus autem mortis in medio est, &c.]
Veterem hic titulum retinuius: Nihil anima in cor-
pore subremanere post mortem. Accipit autem Au-
tor: in medio esse, pro in manifeste; iuxta illud Virgil.
Aeneid. 2. interprete Seruio:

medios dilapfus in hostes.

568. discrecio corporis Animaeque.] Similiter su-
pra Autor cap. 27. Si mors non aliud determinatur
quam disiunctionis corporis animaeque. & cap. sequ.
Hoc igitur opus mortis, separationem carnis at-
que animae. Quomodo etiam cendem definiunt B. Au-
gusti, lib. 13. de Cenit. Dei, cap. 6. & Gregor. Nyss. lib. de
creat. homin. cap. 30. ac Philosoph. lib. 2. cap. 2. ex sententia
Chrysippi.

569. Ad hoc enim & Plato, et si, quas vult, &c.]
De animabus quibusdam ad celum expeditis iux-
ta sententiam Platonis, latius infra cap. 54. Alter an-
tem locus in Politia, id est Republ. lib. 10. habetur: Ne
non referant tibi inquit) Alcinoi Apologum, sed fortis
viri Eris Egypti, genere Pamphyli; qui aliquando in
bello occulsi, quam decimo die mortui iam parfacti colle-
rentur sanus quidem & integer corpore sublatis est; &
domum vero delatus, ubi 12. die sepius erat, in pyra po-
situa reuixit. Quod ita interpretatur Tertull. ac si dixerit:
longo tempore sine villa labet, pra. anima scilicet
individuate, seruatum. Vide de eodem Valerius Max.
lib. 1. cap. 8. & Macrobius in Somn. Scip.

570. Ad hoc & Democritus, &c.] Democritu-
eius fuisse sententia, quod post mortem anima adha-
reant corporibus, fortassis ex eo colligit Autor, quod
vel Plinio teste lib. 7. cap. 55. afferuari voluerit corpora ho-
minum, eo quod reuivisenda promitteret. Argumentum
autem eius ad hanc rem de clementis comarum &
vnguium in sepulturis pulcrè resellit Autor, causis
naturales adferens.

571. propterea nec ignibus funerandum ait, Hunc morem non probat Autor, sed causam qui qua-
dam eum improbat, immo crudelitatis accusat, in
hic modo, sed etiam lib. de Resurr. carnis, cap. 1.

572. Ceterum Anima indiuisibilis, &c.] Hoc se-
pri latè docuit Autor cap. 14. ex quo prouide conci-
etiam mortem indiuisibilem credi.

573. & morante adhuc sepulta, interim oratione Presbyteri componeretur, &c.] Factum est
hoc ad vetustatem Orationis pro defunctis em-
bandam; cui similes locos videat supra lib. in Aut.
nostris Tom. 2. lib. de Orat. num. 1. ac lib. de Corin. mis.
cap. 3. num. 36. Hic certè proprie de Oratione Pres-
byteri, id est iuxta usum Tertullian. sacrificio in finibus
mortuorum; nam et illa verba: ad primum habitu-
orationis, & rursumque condita pace, aliorum
magis quam ad orationem pertinere dignare
maxime quum etiam feminam mortuam
habitu supplicem (quali presbyteri puto a
crisico quam alia gratione supplici vi solent) con-
misse, addas.

574. Est & alia relatio apud nostraros, &c.] à
alterum, vti vocat Autor, ostentum, quoniam in
terius corpus corpori iuxta colloquendo sicut
recessu communicauit. Aqui de Coememoracio-
nianorum (que extra portam suis oleum in frumentis
adnotauimus Tom. 1. lib. de Testim. Annales, cap. 10)
vide Adnotationes nostras in B. Cyprian. Ep. ad Phili-
phan. num. 25. Aqui autem apud etiam
tradatur, inquirendum relinquo Letori cum.

575. fibinet ipsi refrigerasset.] Similiter
Tom. 1. lib. ad Scapulam dicit Autor, cap. 1. inde
bas refrigeramus, id est, refrigerurum adferimus.
576. lignis potius & ostentis] Osteum
definit (inquit Vlpianus l. ostentum, sive de vole-
rum signific. omnia contra naturam cuiusque sive
Aquic Cicero lib. 2. de Natur. Deor. ab ostendendo
portentando, dicta scribit ostentum, propter
portentum.

C. P. L.

577. Hoc igitur opus mortis, &c.] Hinc ap-
precedenti distincto, hinc tituli dedimus: Quid est
mors ex culpa sit, non ordinaria aut naturalis,
quam tamen naturalis ex accidentia dicuntur.
dem itaque penè argumenti est cum cap. 1. sequitur
quam quid hic exempla quadam adferunt morti-
lentia, quam ethnici extraordinaria vocant.

578. & arbitrio hominis addicunt morte-
tum, &c.] Locus hic iterum facit pro hominibus
arbitrio, quod ipsum votus nos faciat non obli-
potestatem, co quod posset acceptare per voluntatem
aut mortem sibi à Deo oblatam.

579. Nam, eti p̄e gaudio quis p̄e tristitia
let, ut Chilon Spartanus, &c.] Simpliciter
multa, Autor ex Plinio lib. 7. cap. 32. vbi sic in Lan-
tum Chilonis Lacedemoni, quam, videtur in
Olympic, exprimat gaudio, et Graeca preferunt.
Quod ipsum non illi modo, sed & sophisti ac Dangis
scribi cap. 53.

580. eti p̄e gloria, ut Clidemus Atheneus
&c.] Clidemi cuiusdam scripta allegant. Simeon &
Plutarchus in Aristotele. An idem sit noster, neque cum
apud alios reperire hoc exemplum mortis licet.

581. eti per somnum, ut Plato.] Idfam in cele-

*mat Suidas: Epulatus (inquit) Plato in seſto, &c; dor-
miens, vita excedit.*

582. etiā per riſum, vt P. Crassus.] Peculiarē hoc eſt
Auctori, ſi modo idem ſit P. Crassus Lucij Crassi Orato-
ri frater, quem ſcribit Volaterr.lib.12.cap.2. ſibi ipſi vim
intuliffe.

583. longē à Caphareis ſaxis, &c.] De hī ita Pro-
pertius lib.3. Eleg. 7. addudens ſicut & Auctor ad
clafem Grecorum, que apud Promontorium Eubœa, ver-
ſu Heleſfontum, valde afflita fuīt:

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,

Naufragia quin vafio Gracia traſta ſolo eſt.
Ariquid de Decumanis vide ſuprā Tom. I. lib. de Pallio, c.
2. num. 22. Denique pro: naufragia fortassis non matē
Gagnau naufrangia, voce obſleta.

C A P . L I I I I .

584. Sed quō deinde Anima nuda & exploſa
deuerter, &c.] Titulum hīc veterem retinuum: De
excellē Animarum, id eſt, de modo ſeu cauſis excessus
animarum ē corpore.

585. Medicis potius relinquendas.] Hoc per pre-
ceptiū Auctor, verū paulopōſt non paucis cauſis
ſed deteſtiō corporis in mortem explicat, viptō
que ſit euerſio (inquit) aut materiarum, vt fellis &
ſanguinis, aut regionum, vt cordis & iecoris; aut
vianum vitalium, vt venarum & arteriarum.

586. Non alio modo quām quo & aurigam,
&c. Animam facit aurigam corporis, ſicut alicubi
Plato. Sine autem legas: acutu languens, ſive elanguens,
perire eft.

587. Sic & rapida quāque mors, &c.] Enarrantur
hic aliquot per quam eleganter rapidae mortis genera, vt
ceruicū messis ſemel tantam ianuam pandens
(ubi omittit: ac) vt ruina vi ſemel omnia vitalia (ad-
do id iterum ex Gagno) elidunt, vt apoplexis interior
ruina. Atqui paulopōſt legitimus iterum cum Gagno:
nec quia exigua eft, ſtam & ipla peritura eft. Pul-
cre denique deſcribit mortem, totius ultimum to-
tum.

588. Hinc denique evenit, ſæp̄ animam, &c.]
Egregie explicat unde ſollicitior obtutus & extraor-
dinaria loquacitas, ſubinde morituris contingat. Eft ve-
tò rufa vox Tertulliana: ſuggeſtu.

589. Si enim corpus iſtud Platonis ſententia
carcer.] Similiter ſuprā ex ſententia Carpocratis cap. 35.
corporis carcerem dixit. Verum ait, ecōrari ab Apo-
ſtolo Dei templum dici; quamquam interim fateatur
(ſicut etiam ſuprā cap. 40. docuimus) Animam con-
cretionē in facili & obscurari. Similis eft au-
tem hīs apud B. Auguſt. lib. 13. de Ciuit. Dei, cap. 16.
vbi dicit non corpus, ſed corpus corruptibile eſt Anima
onereſis. Hinc etiam B. Hier. cū ſibi obiectum eſſet Rū-
fus, quod in Commentario epift. ad Eph. dixitſer corpus
animæ carcer; reſpondit ſe id ex Orig. ſententia dixisse,
quippe qui, uti in multis, etiam in hoc Plat. ſit imitator.
Porro corneum ſpeculari vocatur etiam caro à Platon.
in Charmide.

590. prout parataram deuerſorij ſui ſentit.]
Ex Gagno repuſimus: deuerſorij, &c; cap ſequent. de-
uerſoriorum, pro: diuerſorij, ac: diuerſoriorum, eo
quod initio hīus capitū omnes cod. legāt: deuerter, quod
Tertulliano eft frequentiſimum.

591. de ipliſ ſtatim angeli facie, &c.] ſicuti ſu-
pra cap. 37. indicauit, à natuſtate ſtatim ſingulis homi-
niibus unum angelum deputari; ſic hīc quoque in fine vi-

te unicuique apparere angelum, de cuius facie paratu-
ram ſui deuerſorij ſentit Anima, ſine in cælum, ſine
in infernum.

592. euocatoris animarum Mercurij Poēta-
rum.] Adludit imprimis ad Platonem in Phædone: ſic
narraunt (inquit) quod unumquemque mortuum cuiusque
demon, qui viuum forte obtainuit, ad quendam locum du-
cere aggreditur, ubi congregatos iudicari oportet, &c. ne
prolixiores ſimus. Deinde ad Mercurium Poētarum,
quem illi animarum caducatorēm faciebant.

C A P . L I I I I .

593. Quō igitur deducetur Anima, iam hīc
reddimus, &c.] Etiam hīc rurſum inscriptionem hīus
capiti antiquam retinuum: De receptu Animarum;
addentes: & de inferis ſecundum Philofophos. ut-
pote quorum hī ſententiam dumtaxat adferat, Chriſtia-
norū vero, cap. ſequi.

594. Omnes fermē Philofophi, qui immortali-
tatem Animæ, &c.] Vide B. Auguſt. lib. de immorta-
lit. Anima, ubi & Pythagora & Platonis, aliorūque
de eadem Philofopharum teſtimonia adferri. Reclite autem
adit Auctor: qualiter volunt, tantum vindicant;
quia, B. Gregor. Nyſ. teſte, Philo. lib. 2. cap. 7. Technici om-
nes, qui animam immortalem dixerint, Animarum
transmigrationem unanimi conſenſu adſtruant, circa for-
mas Animarū diuerſi. Quod ſpūmū de Pythagora ſuprā
ſatis deduxit Auctor, & item de Platone, cap. 28. 29.
31. & de Empedocle, ac iterum de Pythagora, cap. 32.
Platonis item aliquot locos adnotatos habes ſuprā non
uno in loco, inter quos p̄cipuus eft, ubi rē ex professo tra-
dit, in Phædone, ſine de Anima libro. Atqui Cicero Tu-
ſcul. lib. 1. Pherecydem Syrum primum dixiſſe Animas
ſempiternas, ait.

595. quīque aliquid illi tempus indulgent, &c.
vt Stoici.] De his in hac verba Cicero Tuſcul. 1. Stoici
uſuram nobis largiuntur tamquam cornicibus; diu manfa-
tas Animas auunt, ſuper negant. Quorum interim de
conflagratione vniuerſitatis, id eft mundi, opinio Chri-
ſtianis ſatis conformis eft.

596. Plato quidem non temerè, &c.] Habes hoc
Platonis paradoxon partim in Phædone, partim in Phæ-
dro, denique & in Timo; vbi doceſt (quod etiam cap. ſe-
quent. reperit Auctor) in ætherem (ſine, vti loquuntur,
puram habitationem ſeu cælum) ſublimari Animas fa-
pientes cum pueris; quod eft Auctor aliter interpre-
tatur, Marſilius tamen mauiuli referri ad eos, qui Philoſophia
inſtitutionem puerorum coniunxerant.

597. apud Arium, in aërem,] diſſimū repetit cap.
ſequi, aut in aëre (inquit) cum Ario. Quid autem aës ab
æthere diſſerat, omnibus notum eft; nempe quod aës unū
ſit ex quatuor elementis, æther plenūque pro cælo acci-
piat. Quis autem iſte Arius, diſſicat diligens Leſtor.
Huius ſententiam ſequi mihi videatur Cicero lib. de Re-
pub. 6. & alij quidam; qui in circulo Laſeo Animas vi-
rorum ſortium collocant.

598. apud Stoicos ſub lunam,] De hoc iterum cap.
ſequi, aut circa lunam, cum Endymionibus Stoico-
rum. Horum vero ſententiam, preterquam quod ſequi
videatur Cicero Tuſcul. 1. (vti ante me adnotauit Turneb.
Aduerſar. lib. 26. cap. 28.) Lucanus his amplexus eft ver-
ſibus:

Quodque patet terras inter, Lunęque meatus,
Semidei manes habitant; quos ignea virtus
Innocuoſ vita patientes ætheris imi-
Fecit, & æternos animum collegit in orbes.

599. Hos (inferos nempe) Plato velut gremium terra describit in Phædone, &c.] Paraphratis magis istud, quam ad verbum ex Phædone citat Author, quippe qui ibidem non aliud habeat de Tartaro, quam quod in eum hiatum confluant omnes fluij, & ex hoc rursus effluant: sicut autem tales, quales est terra, per quam fluuerint. Atque rursum phrasis est Tertullianica: aeternum stipare pro: oblitpare.

CAP. L.V.

600. Nobis inferi, non nuda cauositas, &c.] Tulum huic capitis antiquorem hoc modo reddidimus: Infeti quid Christianis, & an illuc omnes Animæ convenient.

601. sed in fossa terra, &c.] Paulo clarissimus istud paulopist: Habes (inquit) & regionem inferum subterraneum credere; & supra Tono i. Apolog. cap. 47. ubi gehenna ab eo definitur: Ignis arcani subterraneus ad pœnam thesaurus. Hec autem scriptura tum iis que hic habemus, tum aliis confirmat B. Irenæus lib. 5. adu. hæc. contra eos agens, quod mundum hunc Inferos adforebant. Nec absimiliter B. Hieron. in Epist. ad Ephes. cap. 4. adducunt in eandem rem, prater verba Apostoli ibidem, & mox citat Author scripturas Num. 16. Psal. 54. & 105. Item B. August. lib. 2. Retract. cap. 24. retratans Iacobum suam sententiam lib. 12. de Genesi ad litt. cap. 34. De inferis (inquit) magis mihi video dicere debuisse, quod sub terris finit; quam rationem reddere, cur sub terra esse credantur sive dicantur, quasi non sit.

602. Siquidem Christum in corde terra, &c.] Adcludit ad illud Matth. 12. Si erit filius hominis in corde terra per triduum; quod ipsum citat etiam treuans ubi supra. Est autem etiam illa vox: expunctum, Tertullianica.

603. forma humanae mortis apud inferos funetus, &c.] De Christi descentu & functione apud inferos, supra Author: Ad quod & Christus moriendo descendit, puto ad animas Patriarcharum; pro quo hic paulo aperius: ut illic Patriarchas & Prophetas compotes sui faceret. De quo videat etiam Lector Adnotat. nostras in cap. 12. lib. de Prescript. adu. bar. num. 86.

604. nec autem ascendit, &c.] Allegat hic preter scripturas ibi citatas (quemadmodum & B. Hieron. & Iren. ac Ambro.) illud Ephes. 4. Quod autem ascendit (eu addit) Author explicativa gratia: in sublimiora celorum) quid est nisi quia descendit primum in inferiores partes terra, pro quo apud Iren. & hic in inferiora terrarum; qui non videntur legisse vocem ipsorum, que hodie in omnibus oculibus Gracis, & ex translatione in Latinis legitur. Adlegat præterea solent ad hunc articuli confirmationem scripturarum testimonia Zachar. 9. Eccl. 2.4. Act. 2. Osi. 13. Denique illud Hierem. quod Iustinus Martyr aduers. Tryphon. Indeo resuscitare dicit: Recordatus est Dominus Deus mortuorum surorum ex Israël, qui obdormierunt in terra ag geris sine sepelitione; & descendit ad eos ut Evangelizaret, & lato eis significaret nuncio salutare suum. Quod ipsum quoniam citetur ab Ireneo locum citato: omnino ibi legendum: in terra sepelitionis, pro stipulatione. Patrum vero testimonia haec citat Feuerardensis in Ireneum: Thaddæus apud Eusebium lib. 1. cap. ult. Dionys. Areop. lib. de cel. Hier. c. 4. Ignat. Epist. ad Trall. Clement. Alexander lib. 2. & 6. Strom. Origen. in cap. 5. Roman. Basil. in Psal. 48. Gregor. Naian. Orat. de Paschate. Epiphanius. her. 64. ac 77. & in Anchor. deinde & Arnob. in Psal. 15. 87. ac 137. Quibus ad pre-

ter Iren. Cypr. & Hieron. locis citatis, alterum BB. Hieron. locum in Osee cap. 13. & Naian. Orat. 3. Thalig. Augst. Epist. 57. ad Dardan. & ad Euseb. 99. Gregor. Naian. Orat. 2. de Resurr. Fortun. Hymno de Palcha, qui pertinet Laßtanio adscribitur; ipsum Laßtanio, lib. 4. cap. 19. & German. Constantinop. versio de Cruce Christi. Quodquid Augustini, etiam idipsum adstruit, ubi quantum cubilem symboli tractat, lib. 4. de Symb. ad Catech. cap. 6. & diversis verbis B. Cyriellus Hierosol. Capit. 4. inter sepulture mentionem & resurrectionem sequitur (sicuti nos etiamnum) illud: Descendit ad inferos. Immò et caussam eandem cum Author addit, ut iustos liberaret, subiungit quasi cum somnacione: Cur enim veller viventes quidem frustra quis ex his sancti non essent; qui vero cum sancti longo tempore conclusi erant, non potius libertati, ne prolixiores simus; hoc addito, quod in confirmatione adlegat etiam illud Matth. 11. Tu es qui venisti: interim magis videntur coniuncti: hinc antea non precedentur. Et sepius est; unde & Rofinus in ipsa dicit, vim verbis eandem videri esse in eis quod sentitur. Valeat itaque Erasmus cum suis Catachismis, non veretur dubitare, an Thomas Aquinas quoniam clausulam symboli fidei Apostolico addidit: non quam manifeste tria haec coniungat Author: non secundum scripturas, sepultus, ac descendens feriora terrarum.

605. habes & regionem inferum subterraneum credere, &c.] Nescio quid hic in mente datur, quod substituerit originem inferum, prius nem, quod habebat Gagnæus; que etiam recte & illos cubito pelliere (de quo Proterius multo gomena latius) qui latis superibz, quam illi: quam superibz.

606.

aspernati si forte in sinu Abraham & Andæ refectionis solarium carpere. Ad hoc Gagnæus magis placet quam alterius caput: ut vero, sicuti alibi frequentius forte, prædicto dico paradoxo Authoris de Abraham sinu, sic de Iacob (quod iterum repetit cap. sequenti, cap. 7. ac 13. eiusdem libri, & lib. 4. aduers. Marcionem) quo posse situebat omninem animam sequestrari vestigia diem Domini (etsi loquitur in fine huius capituli infra inter Fragmenta libri de Paradiso, ac in Dogen. Possunt interim aliquo modo commendas interpretationem hi loci accipere; si dicamus Authorum, quod nondum perfecta colliquerent bestialibus post corporis resurrectionem plenarem expedient, dicitur.

607. Sed in hoc (inquit) Christum non adiit, &c.] Illud argumentum, quod tandem solium ab Authori, sed nec à nobis præbutum, dico invenire, quoniam qui fons Christianus fuit, posse, in inferis promoveri non posse.

608. Quomodo ergo Anima exhalabit, &c.] Nec tamen etiam istud contrarie quicquam super paradoxo Authoris, quippe quoniam nihil ipse Author adhuc sedere ad dexteram patris, & tunc alio in calum recipit: nam 1. Petri 3. Legitur de Angelis: Quod in dextera Dei deglutiens mortem, ut vita eterna habet officem profectus in eam. Si autem heraldi coheredes Christi, scilicet cum illo coniunctionem, & que adeo in calum recipiuntur. Aniqui tunc fraterit, Apostolus Gal. 2. Capit. dissoluti, & & cum diceret.

609. nondum Dei iussu per tubam Anchæ

li auditio, &c.] Quum hec ad tempus resurrectionis cor-
porum pertinere conset; facit hoc profana illa interpreta-
tione, de qua paulo ante num. 607. Sant autem rursum ver-
ba illa ex persona Philosphorum & aliorum ironicas di-
git; sed in aethere dorminitio nostra, &c. Ridens autem
sticos, vocat Animas eorum: Endymiones circa Lu-
nam; quod Endymion ille Poeticus, Longissimi tempo-
ris somnator, a Luna adamatus fertur; quod, tenebris
luminibus, cap. 7. multa ad Lunam cursum pertinentia pri-
vus reprehendunt.

610. In modo (inquis) in paradiſo, &c.] Sed neque
hic probatur; quod credamus ex Ecclesiæ preſcripto: Pa-
triarchas & Prophetas appendentes dominicas re-
ſurrectionis, id est, qui cum illo rufiſerexerunt, ab inferis
migrasse in celum, non in paradiſum secundum quoddam,
aut in ſumum Abraham, quem Auctor ſomnata. Alioquin
enim verum non eſſet illud Pſil. 67. Ascendens in altum
capitum duxit captiuitatem; quod explicans Apoſtolus
Ephes. 4. interpretatur illud: in altum, ſupra omnes
celos.

611. Et quomodo Iohanni in ſpiritu, paradiſi re-
gio reuelata, &c.] Hic altare illud, cuius fit mentio
Apocal. 6. paradiſum interpretatur; in quo ſolos vide-
tur collocari Martyras, reliquias non concedens nisi finum
Arah. Nas vero & B. Cyprian. Epif. 52. ad Antonia-
num, Martyribus eculum, reliqua Purgatori locum tri-
bunum; uti videtur. Adnotat. niftis in eandem Epif.
num. 59. & de hoc Apoc. loco latius in Prolegomenis, &
infra Tom. 4. ad fragmenta lib. de Paradiſo, interrogan-
dum note, iſti & duabus ſequentibus periodis ad-
denda ſunt.

612. Quomodo Perpetua fortiflma Martyr, &c.] Inquitur de Perpetua, qua in Mauritania, (uti legi-
tur in Martyrolo. 7. Marti) ciuitate Thuburbitanorum
cum Felicitate paga eſt, sub Seueri Princeps, de quibus in-
dicat Pofidius in Indiculo treſ Sermones B. Auguſt., nunc
in poſtrema Plantini editione, num. 103. 104. ac 105. re-
cenſatis, qui etiam eiusdem meminit lib. 3. de Anim.
orig. cap. 9. & in Pſalm. 47. ver. viii finem, ac utrinque li-
bri de temp. barbar. cap. 5. ſicut ante me adnotauit Dr.
Iohannes Molanus Luauensis Theologus. In quorum 1.
ſerm. hic illud pertinet: Exhortationes carum in reuelatio-
nibus triumphique paſionum audiuiimus. Porro adnotau-
du hic locus, quod in materia graui & fidei, etiam Paſ-
fonis Sanctorum auctoritate utatur, contra eos qui illam
modis omnibus eleuare non verentur.

613. Non in Adam noua mors pro Deo, &c.] Non, rurſus hic accipitur ab Auctore, pro: Nonne. Pul-
ca autem Marti periphrasis: noua mors pro Deo,
& extraordina pro Christo. Quam autem hic rur-
ſum Paracleti meminerit, patet conſcriptum hunc libri,
quam iam Montani queret.

C. P. LVI.

614. Occurrit disceptatio, an hoc ab excessu sta-
tim fiat, &c.] Veteris tituli retinimus priorem partem:
An commoventur hic Animæ post mortem; & al-
teram partem ſequenti capituli adpoſumus. Definit autem,
quod hic non defineantur.

615. Creditum eſt, inſepultos non ante ad in-
feros rediguntur, quam iusta perceperint, &c.] Locus ad
quem addidit d. Homero patrolo, reperitur Iliad. φ.
γένει με τάχα πόλεις δίδοσ περίσσω
τῆλαι με εἴργασιν ωραῖα εἰδολα καὶ ποτα, &c.
Legimus autem paulopōſt iterum cum Gignoſ: cui non
imputabiliſt, pro: imputatur, quia praedicit: Amabit,

616. Aut & immatura morte prauentas, &c.] Neſcio an ſimile quid inſinuet Homerus ubi ſupra, hiſ
verbis:

ἀλλ' αὐτῶς ἀλλάληγις ἀνέρυπνος οὐδεὶς δῶ.
617. iſthic, &c.] Vox eſt Tertullianica: iſthic, pro
hiſquam etiam B. Cypriano uifitam, adhortauimus ad
Epif. eius 42. num. 5.

618. donec reliquatio compleatur ætatis.] Simi-
liter paulopōſt: nullus erit reliquatio temporum, Ele-
ganter admodum vocem illam luteoconfutorum tranquilit
ad ætatis residuum, quod defideratur in immatura morte
prauentis. Nam à Paulo l. qui nominibus. D. de admini-
ſtratore, accipitur reliquatio, pro eo quod rationibus de-
ductis eſt reliquum; & eadem ſignificatione ab eodem re-
liquari accipitur l. L. Titius. D. de adminiſtr. tutor. ac
ab Vlpiano, l. reſcrip. D. de munere, de honor. denique
etiam reliquator, qui reliquum debiti non ſoluit, & cau-
la, l. creditor. D. de ſoluit, & liber.

619. & c. & c. constituta præcipi poſſe non credam,
&c.] Omnia in ſic legendum, pro: præcipi, vel ex eo patet,
quod paulopōſt ſequatur: hos præceptos, ac deinde præ-
cepta tempora, &c.: vi creptas; quum etiam ſenſus id
neceſſario requirat. Atqui de vocibus: inuestigatio, pro: pube-
re, & vefcieps, pro: impubere; vide ſupra Tom. 2. lib. de
Veland. virgin. cap. 8. num. 60.

620. qui tamen octoginta annos viſturus fuil-
ſer, &c.] Viſdetur reſpicere ad illud Pſal. 89. Dies anno-
rum noſtrorum in iſpis ſeptuaginta anni. Si autem in po-
tentia tamen octoginta anni, & amplius eorum labor &
dolor.

621. Noſtri autem illud quoque recogitant,
&c.] Ad Christianorum adiudit ſententiam, de qua
libro poſt huic ſecundo latius, de Resuſtrectione carnis.

622. ab infantia pueritiae delegata, &c.] Quinque
hic enumerat hominiſt atates, infantiam, pueritiam,
adolescentiam, iuuentam, (quibus adde virilem) &
ſenectam; de quibus videlicet Tabulam.

623. Proinde extortes inferum habebuntur,
quas vi creptas arbitrantur, &c.] Abſurditatem hu-
ius opinionis vel inde probat, quod aliquis ſcicloſt que-
que animæ inferis exulabunt; ut poterit que præcipua
atrocitate (uti legit Gignoſ) ſeu præcipue per atro-
citates ſuppliciorum (uti Glenius) eripiantur; cru-
cis dico, & ſecuris, & gladij, & feræ. De quibus omnibus
ſupra Tom. 2. lib. ad Martyras cap. 4. num. 46. Legit
autem paulopōſt: dignas inferis non iudicas? addit
negandi particula; quia id ſenſus omnino requirat.

C. P. LVII.

624. Aut optimum eſt hic retinaci, &c.] Caput
hoc à precedenti ſeparatum, poſteriori parte tituli antiqui
inſignium, nempe: An huc animæ ab inferis com-
meſt, hoc addito: imperio dæmonum per Magi-
cam.

625. ſecundum Ahoros, aut pellimum ſecun-
dum Biæothanatos, &c.] Similiter paulopōſt: Itaque
inuocantur quidem Ahori & Biæothanati. Atqui
Ahori dicuntur, præco morte prauenti, Biæothanari,
violentia morte necati. Biæothanatos enim à Biæo
θayētō, id eſt violentia morte dicitur, quam illi indica-
bant optimam.

626. Magica.] Quam hic Magicam, mox non ſemel
Magiam vocat. Quam etiam ſupra impugnat Tom. i.
Apolog. cap. 23. & Tom. 2. lib. de Idolol. cap. 9. maxime
autem hoc loco, dum paulopōſt ſabuntur: Quid ergo
dicimus Magiam? Quod omnes penè ipſe etiam

ILLIAN,
tibonibus

Plinius quum dibi, *tum maximè l. 30. c. 1.*) fallaciam; et postea iterum: fallaciā spiritus nequam, sub personis defunctorum delitescens. Similiter autem aduersus eandem scribunt Clemens Alexandrinus Orat. ad Graecos, B. August. l. 8. de Cœitate Dei, c. 19. & Laetant. l. 2. c. 17. Quid? quid etiam Apuleius crimen humanis artis diabibus *Apologias à se alienum esse defendit.*

627. Hostanes.] Sic omnino legendum, non Ostanes, preterquam quod cœsumus legendum Adnot. nostris in lib. Cypriani de Idolor. vanit. n. 53, confirmatur ex Plinio ubi supradic. apud quem duo Hostanes leguntur. Ita enim de priori: *Primus, quod exstet, ut quidem inuenio, commentatus de Magia est Hostanes; qui ad rabiem non auditatem modo scientia eius, Grecorum populos egit.* Deinde de altero: *Non leuem & Alexandri Magni temporibus autoritatem addidit, professione secundus Hostanes. De primo autem loqui. Autorem patet, ex eo quod alij quos hic commemorat, plerique ante secundum illum vixisse, ex eodem Plinii loco reprehenduntur.*

628. & Typhon.] Fortassis idem est, qui Osiris frater, actus inuidentia terras & maria turbauit; quem Plutarchus alicubi (si Vixi creditur in B. August. lib. de Cœitate Dei) demonem dicit. Typhonis etiam cuiusdam facit mentionem Herodotus in Euterpe.

629. & Dardanus.] De hoc, & alii aliquot, ita Plinii loco modo citato: Democritus Apollonicem, Capridenem & Dardanum è Phœnico illustravit, voluminibus Dardani è sepulcro eius petitus, suis verò ex disciplina eorum editis. Unde & Dardanias, artes Magicas à Columnella appellari, adnotauit hunc locum citans Turnebus. Adnot. l. 9. cap. 17. Sic etiam usurpat Stephanus. An idem fuerit qui (Clem. Alexandr. teste, Orat. aduers. Graecos) matris Deum ostendit mysteria, indicent alij.

630. & Damigeron.] Qui hic Damigeron, si Vvere creditur, ab aliis Demo, Organ appellatur.

631. & Nectabis.] Apud quodam legitur Nectanebus Rex Egypti temporibus Platoni. Non idem appellatus fuerit Nectabis, designatur Lector curiosus.

632. & Berenice.] De Nectabis & Berenices scriptis Magicis nihil haec tenui reperi potui; necio an eadem sit illa Berenice Ptolomei mater & vxor, cuius rospodium insignem celebrat Plinii lib. 37. cap. 8.

633. Publica iam litteratura est, que Animas etiam iusta ætate solitas, &c.] De hac etiam supra sic Autor Tom. I. Apolog. cap. 23. Porro si & Magi phantasina adunt, & iam defunctorum inclinant Animas, Verum hic latissime hanc Magia speciem impugnat; idque potissimum ex eo, quod dæmones se mortuos fingant, & hi vel maximè qui in ipsis tunc fuerunt, vel præfuerunt, quum adiuuerent, (id est, adhuc uiuerent.) Idque etiam rebus probari, quum in exorcismis, primum, se ex parentibus aliquius esse adfirmans dæmon, instantia tamen diuinæ gratia victus, id quod verum est, inuitus conseretur. Similiter autem etiam Laetant. l. 2. cap. 17. hanc Magia speciem, quam Necromantiam vocant, dæmonibus adscribit, quemadmodum etiam B. August. lib. 7. cap. 35. Quam adeo recte etiam Author secundum Idololatriam vocat, addens etiam phantasina præstari, quia & corpus adsingitur.

634. Nam & suggestimus, nullum penè hominem carere dæmonio.] Supradic. nempe integro cap. 39.

635. quum in exorcismis, &c.] Ad eosdem fereat quod pauloprius dixit: nec in uitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus. Verum de

bis latius suprà Tom. I. Apolog. cap. 23. num. 370. & 49. 27. ad num. 426. ac cap. 32. ad num. 433. & cap. 49. num. 561.

636. Corpora denique videbantur Pharon, &c.] Præstigias fuisse, non vera miracula draconem magicarum virgarum, Exod. 7. cum Author fuisse etiam philo ludus B. Gregor. Nyss. alioibi, Author quod Gracca, & Ruperius verbis à Lippmanno inter Cathena in Exod. & ipso quoque Lippmannum, equal addatur: per incantationes Egyptias, Gracca traxit & paxcelous. Item B. Iustin. Mart. aduersus Tryphonem lib. 1. cap. 18. sicut de ceris pro Iphigenia factum communem Augustin. lib. 18. de Cœitate Dei, cap. 18. sicut etiam videatur in hanc propendere sententiam, discubili ad serens interim nullo modo creationem demonstrare, bni posse.

637. Simon dedit & Elimas Magi.] Deib. 8. & 13. De Simone vero heretico latif. foli. Prescription. aduers. haret. cap. 46. her. 1. num. 302. suprà cap. 34.

638. Nec enim Pythonico tunc spiritu minicuit Animam Samuelis effingere.] Samenbam, 1. Reg. 28. non verè à demonio extrahit phantasma dumtaxat; adfirmat Tertullianus dictum Quæst. quæst. 52. B. August. lib. 2. dæmon. 3. Contraria sententia B. Iustin. Mart. ad. Tryphonem, etiam adfirmatus eorum sententia, qui dictum librum latif. foli. illius esse negant, quamquam intermissione alicuius sit Author, pro quo facere videtur Eusebius. In summa adhuc sub indice lis est.

639. Nasammonas, &c.] Nasammonas Plin. lib. 5. cap. 5. in ora Syris, quos Graeci Mæsenas appellavit, ab argumento loci, medius inter horum Ab his addit idem lib. 7. cap. 2. gentem Hispanorum interemptione sublatam.

640. vel Nymphodorus.] Verisimile deinde Nymphodorus Syracusanus, cuius liber de Nasammonis vicini mirabilibus citatur ab Author. Fortassis idem qui citatur etiam à Plinio inter lib. 3. cap. 5.

641. & Celtas apud virorum fortium habendem de caulla abnotare.] Celtas tradit. Plin. 3. cap. 1. à Celiberis ex Lusitanis in Hispaniam adiunguntur, eosque Hispanenses conuenient faci; quamquam non alius magis Celaber illi vocetur, & Celta Gallicana preficitur. Nam (eodem Plinii testib. 4. cap. 12. Comite tertia pars Celtae appellatur, te quod ter Sequanam & Garumnam, que & Lingones citatur.

642. vt Nicander adfirmat.] Nicanderum phonium Medicū intelligit; que testibus Atheniæ, scripsit de Oracleis libros tres. Citatur ergo in quinque titulis, eis pote reis, à Stephano. Atque à Nicandro, quantum appareat, pictore & hereticis initium Scorpaci adu. Gnosticos.

643. Nulli autem animæ, &c.] Ipsa de non pertinet ad paradoxon Tertullianum, quo videtur finge, namne tuorum exhibitionem incorporam, præfatu effectu Larinus in Prolegomenis. His dæmoni remittuntur locum ad B. August. l. de Cura pro mortuis, ob quaeque rarar, quasdam tamen admittit mortuorum apparitionem.

Et verum quidem esse nulli animae patere inferos, ita ut exire possit proprio arbitrio; sed non negat specialis Dei priuilegio ad fieri posse; quoniam agnoscet etiam hoc loco qualidam animas in corpora Dei virtute reuocari. quidam ergo etiam extra corpus, sicut vel ipse scripture aduentus de Hieremias & alii qui apparuisse leguntur?

CAP. LVIII.

644. Omnes ergo Animae penes inferos, inquis; &c.] Postremi huins capituli titulum veterem retinimus: An aliquid interim patientur apud inferos Animae. Quod ipsum definiens, de supliciis, concordat cum reliquo Patribris; at de refregerio post Christi ad inferos defensionem, alter sentiunt. Verum etiam istud ad paradoxon de Paradiso quam pertineat, de eo latius in Prolegomenis nam etiam Auctor supra c. 7. ad tractatum plenorem Lectorem remittit.

645. Cur enim non putes animam & puniri & foueri, &c.] Auctor quest. & resp. apud B. Iustin. Mar. qu. 75. in hoc differt ab Auctore, quod hic utrasque ad infernum migrare patet, ille vero iustorum animas in Paradiso statim post exitum e corpore transferri tradat, ubi visione etiam Christi perfruuntur iuxta illud Apolloli 2. Cor. 5. Peregre abs sumus a corpore, & praesentes sumus a pro domino in iustorum vero in ipsius Oci loco. Nec absimiliter B. August. l. 13. de Ciniitate Dei, c. 8. Animas sumus in regno esse, impiorum vero paenae luere. At qui quando anima puniri posset, quem sit immortalis, tradit Lactantius l. 7. c. 20. primum quidem ex sententia symorum, qui animas iustorum ad celstem sedem reme-

re dicebant, impios vero puniri ob labore quandam terram ex contagione carnis contractam; deinde vero ex sua, quod licet spiritus sit Anima, & sua temeritate incomprehensibilis, Deo tamen sit comprehensibilis. B. August. etiam l. 21. de Cini. Dei, c. 9. & 10. postquam permisisset unicuique libertatem sentendi de igni animarum quod vellet, tandem tamen definit, quamvis miru, tamen veris modis, posse etiam spiritus incorpores demones, & prouide etiam animas, pena corporalis ignis affligi.

646. quotiens illatio corpore anima sola torqueatur bille, &c.] Hic Auctor dian rationem similitudinis adserit; quod non secus post hanc vitam anima sola torqueatur igne, sicut hic bille, ira, tædio.

647. Relpice ad Mutij Animam, &c.] Vide supra Tom. 1. Apolog. c. vlt. n. 621. ac Tom. 2. l. ad Martyrum, c. 4. n. 48.

648. Responce ad Zenonis, &c.] De hoc etiam iam dicto loco priori, n. 625.

649. vt in Cyro vrsi cicatrices.] Vide Xenophonem in vita Cyri.

650. Sed nec omnia opera cum carnis ministerio Anima partitur, &c.] Pulcre reddit causam, cur anima sine corpore patiatur; quod etiam quedam glo cogitata peccata committit. (Sicut etiam supra docuit, cap. 40.) & quod in carnibus etiam prior anima peccata quam corpus concipiat, mandet & impellat.

651. In summa, quum carcere illum, &c.] De hoc supra latus c. 35. n. 421. & 424.

652. Hoc etiam Paracletus, &c.] Rursus hic cum Paracletu suo Montani sat, de quo in Prolegomenis latius.

LIAN,
tūanibus

ARGUMENTVM LIBRI DE CARNE
CHRISTI, PER IACOBVM PAMELIVM.

DE Carnis Christi veritate disputaturus Tertullianus, imprimis scripti occasio-
nem significat; quod, qui resurrectionis fidem inquietarent, etiam carnem Chri-
sti questionibus distraherent.

Ad institutum autem veniens, aduersus Marcionem, qui eius historiam ex Euange-
lio auferebat; traditionis Apostolice præscriptione Christi nativitatem probat.

Deinde neque impossibilem fuisse aut inconvenientem Deo.

Necque etiam Deo indignam, neque stultam.

Non itaque in phantasmate, sed vere crucifixum & mortuum (quantumvis etiam id negaret Marcion) vere quoque natum Christum.

Iam aduersus Apellem deducit; Christum de sideribus & substantiis superioris mun-
di carnem non esse mutuatum.

Interserens, nihil pro illis facere illud Christi: Quæ mihi mater, & qui mihi fratres.

Addens, angelum illum igneum Apelleianorum, secundum eos etiam cœlestia ex pœ-
nitentia delicti inservisse; atque adeò si de sideribus structa, peccatricem fuisse carnem Christi.

Et vero, omnia vera carnis signa in Christo fuisse.

II

I.

II.

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

648 Argument. in lib. de Carne Christi.

- x. Rursum, aduersus alios quosdam, neque animalem fuisse Christi carnem ducit.
- xI. Neque etiam carnalem.
- xII. Venisse etiam Christum; non ut anima seipsum cognosceret, sed ut ipsam saluam sceret.
- xIII. Fuisse item ip Christo diuersas substantias, carnem, & animam.
- xIV. Solum etiam Christum fuisse salutificatorem, non angelum.
- xV. Aduersus autem Valentinum, Christi carnem spiritalem non fuisse, probatur.
- xVI. Sicut etiam aduersus Alexandrum quendam, peccatricem non fuisse carnem Christi, & etiamsi non ex semine, veram tamen.
- xVII. Obiter probans ex scripturis Christum de Virgine nasciturum.
- xVIII. Non competere etiam ex semine humano Dei filium nasci; ne si esset torus filialis, iuxta Hebionis opinionem, non crederetur Dei filius.
- xIX. Neque tamen Valentino fauere illud ab eo adulteratum: Non ex sanguine, nec carnis voluntate, nec ex viri, sed ex Deo natus est.
- xx.xxi. Porro aduersus eosdem non per Virginem, sed ex Virgine natum Christum, iuxta ex scripturis demonstrat.
- xxii. Proinde adimpleri in his omnibus Propheticam vocem Simeonis de Christo: Ecce positus est in signum cui contradicetur.
- xxiii. Et sugillatos esse haereticos illos omnes, predictosque in scripturis.
- xxv. Denique Epilogi vice repetens quid hoc libro probauerit, ad sequentem Dispositionem.

SURRECTIONE CARNIS LIBRVM transitum facit.

Ceterum Tertullianus præterquam quod librum iam dictum de Resurrectione citat infra lib. 5. adu. Marcionem, in illo etiam argumenti & tituli huius fit mentione pterea (inquit c. 2.) & nos volumen præmisimus DE CARNE CHRISTI, quo eam & solidam probamus aduersum phantasmatis nativitatem, & manam vindicamus aduersus qualitatis proprietatem. Etrursum: Igittu quod occursum est iam suo quoque titulo DE CARNE DOMINI ADVERSUS QVATVOR HAERESSES; ad hanc maximè questionem praestriundamus. Interquam autem, quod MS. viderunt olim hunc librum Trithemius Abbas & Polonus locis sèpè citatis; edidit primus in lucem ex Hirsaugensi & Paterniacensi Recensum Scholiis, deinde & Adnotationibus illustratum castigauit ex Gorziensi codice. Iverò, quod desideraretur in Lalandi Britannico codice, quem à Gelenio non sive recognoscimus; operæ pretium fuit conferre cum tribus MS. Vaticanis Codicibus, & quibus non panem restituimus; additis etiam Argumento nouo, & Adnotationibus nostris.